qui dicunt eam actionibus. sed ex hoc patet quod plato opinabatur de ydeis quod nec que sunt in rebus sensibilibus in quantum scilicet participantur a sensibilibus necesse est ponere quod ydee sint solum substantiarum quod sic patet. Ea que sunt secundum accidens non participantur sed ydeam oportet participari in unoquoque inquantum non dicitur de subiecto quod sic patet quia si aliquod sensibile participat per se duplo id est duplo separato sic enim appellabat plato omnia separata scilicet per se entia. oportet quod participet sempiterno. non quidem per se quia tunc sequeretur quod dupla sensibilia essent sempiterna sed per accidens in quantum scilicet ipsum per se duplum quod participatur est sempiternum. ex quo patet quod participatio non est eorum que accidunt sed solum in substantiis. unde secundum opinionem platonis non erat aliqua accidentis species separata. sed solum substantie quare secundum rationem suppositam ex scientiis oportebat quod species essent et accidentium ut dictum est. Hec uero etc. hic ponit quartam rationem que talis est. Res sensibiles substantiam significant quam etiam intelligibilia quia substantialia sensibilibus predicantur. ergo necesse est ponere preter utraque scilicet intellectualia et sensibilia id est commune eis quod sit unum in multis. ex hac enim ratione platonici ydeas ponebant quia inveniebant unum in multis quod credebant esse preter illa multa, et quod hoc sit ponere necesse scilicet aliquid unum preter substantias sensibiles et preter species sic ostendit. aut enim ydee et sensibilia que participant ydeas sunt unius speciei aut non.

[margin: si unius speciei] omnium autem multorum in specie convenientium oportet ponere secundum opinionem platonis unam speciem separatam communem, oportebit igitur aliquid commune ponere sensibilibus et ipsis ydeis quod sit separatum ab utroque, nec potest responderi ad hanc rationem quod ydee que sunt incorporales et immateriales non indigeant aliis speciebus superioribus quia et mathematica que ponuntur a platone media inter sensibilia et species sunt incorporalia et immaterialia et tamen quia plura eorum inveniuntur unius speciei plato posuit eorum speciem esse separatam quam et participant non solum mathematica sed etiam sensibilia, si ergo est una et eadem dualitas que est species uel ydea dualitatis que quidem est et in dualitatibus sensibilibus que sunt corruptibiles sicut experimentum est in celo et in dualitatibus mathematicis que sunt multe unius speciei, sed tamen sunt sempiterne eadem ratione in ea dualitate scilicet que est ydea et in alia que est mathematica uel sensibilis erit alia dualitas separata, non enim potest reddi ratio propter quid illud sit et non sit. Si autem detur alia pars scilicet quod sensibilia que participant ydeas non sint eiusdem speciei cum ydeis sequeretur quod nomen quod dicitur de ydeis et de substantiis sensibilibus dicatur omnino equivoce, illa enim dicuntur equivoca quorum solum nomen est commune ratione speciei existente diuersa, nec solum sequeretur quod sint aliquo modo equivoca sed simpliciter equivoca sicut illa quibus imponitur unum nomen sine respectu ad aliquam communitatem que dicuntur equivoca a casu sicut si aliquis homo uocaretur callias et aliquod lignum, hoc ideo addit aristoteles quia posset aliquis dicere quod non omnino univoce aliquod nomen predicatur de ydea et de substantia sensibili cum de ydea predicetur essentialiter, de substantia sensibili per participationem. sed tamen talis equivocatio non est pura, sed nomen quod per participationem predicatur dicitur per respectum ad id quod per se. quod non est purum equivocum sed multiplex analogum, si autem esset omnino equivocum nomen ydee et substantie sensibilis sequeretur quod per unum non possit cognosci aliud sicut equivoca non se invicem notificant. Maxime autem dubitabit etc. Hic improbat opinionem platonis quantum ad hoc quod concludere intendebat. Intendebat enim plato concludere ydeas esse per hoc quod necessarie sensibilibus rebus sunt aliquo modo. unde aristoteles ostendit quod ydee ad nihil possunt sensibilibus utiles esse secundum nullum modorum quibus plato de positione ydearum. unde dicit quod inter omnia dubitabilia que sunt contra platonem id est maxime quod species a platone posite non uidentur conferre ad res sensibiles nec sempiternas sicut sunt corpora celestia nec his que fiunt et corrumpuntur sicut corpora elementaria quod singillatim de omnibus ostendit. [illegible] que plato prebebat ydeas cum dicit. nec enim motus. uel mutationis. unde dicit. Primo quod non proficiunt ad motum. secundo quod non prosunt ad scientiam ibi. at uero nec ad scientiam. tertio quod non prosunt

sicut exemplaria ibi. Dicere uero exemplaria esse etc. Quarto quod non prosunt sicut substantie ibi. Amplius uidebitur. Quinto quod non prosunt sicut cause fiendi ibi. In fedrone etc. dicit ergo primo quod species non possunt conferre rebus sensibilibus tamquam sint eis causa motus uel transmutationis. de cuius ratione hic non dicit. sed superius tetigit quia scilicet ydee non introducebantur propter motum sed magis propter immobilitatem. quia enim platoni uidebatur quod omnia sensibilia semper essent in motu uoluit ponere aliquid extra sensibilia fixum et immobile de quo posset esse certa scientia. unde species non poterant ab eo poni sicut sensibilia principia motus sed potius sicut immobiles et immobilitatis principia. ut scilicet si aliquid fixum et eodem modo se habens in rebus sensibilibus inueniretur hoc sit per participationem ydearum que per se sunt immobiles. [margin: i. hii] Sed ad nec ad scientiam etc. ostendit secundo quod species non proficiunt sensibilibus ad scientiam tali ratione. cognitio uniuscuiusque perficitur per cognitionem sue substantie et non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum. sed substantie separate quas species dicebat sunt omnino alie a substantiis sensibilibus. ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam istorum sensibilium. nec potest dici quod ille species sint substantie illorum sensibilium. nam cuiuslibet rei substantia est in eo cuius est substantia. si ergo ille species essent substantie rerum sensibilium essent in hiis sensibilibus quod est contra platonem. nec iterum potest dici quod ille species assint in substantiis sensibilibus sicut participantibus eas. hoc enim modo plato opinabatur illas species horum sensibilium causas esse sicut si intelligeremus ipsum album per se existens ac si esset quoddam album separatum permisceri albo quod est in subiecto quod albedinem participat ut sic dicamus quod homo ipse qui est separatus permisceatur huic homini qui componitur ex materia et natura speciei quam participat. sed hec ratio est ualde mobilis destructiua. hanc enim rationem tetigit primo anaxagoras qui posuit et formas et accidentia permisceri. secundo tetigit eudoxus et quidam alii. et ideo dico quod est ualde mobilis et facile est colligere multa impossibilia contra talem opinionem. sequitur enim sicut dixit anaxagoras quod accidentia et forme possent esse sine subiectis. nam ea sola nata sunt misceri que possunt separatim existere. sic ergo non potest dici quod species sic conferunt ad scientiam sensibilium ut eorum substantie. nec quod sint eis principia existendi per modum participationis nec etiam potest dici quod ex speciebus sicut ex principiis sint alia scilicet sensibilia secundum ullum modum qui consueuerit dici. unde si eadem sunt principia essendi et cognoscendi oportet quod species non conferant ad scientias cum principia essendi esse non possint. ideo autem dicit secundum ullum modum consuetorum dici quia plato inueniebat nouos modos aliquid ex aliquo procedendi. Dicere uero etc. Ostendit quod species non conferunt sensibilibus sicut exemplaria et primo proponit intentum scilicet platonem. Quid enim est quod agit etc. dicit ergo primo quod dicere species esse exemplaria sensibilium et mathematicorum quia hec eas participant est dupliciter uanum. Uno modo quia uanum quia nulla utilitas est hec exemplaria ponere sicut ostendit. alio modo quia est simile methaphoris quas poete inducunt quod ad philosophum non pertinet. nam philosophus ex propriis docere debet. ideo autem dicit hec esse methaphorica quia plato productionem rerum naturalium assimilauit factioni artificialium in qua artifex attendit ad aliquod exemplar respiciens quod ad simile sui agit. Quid enim est etc. Hic probat propositum ratione. hoc enim uidetur esse opus exemplaris id est utilitas quod artifex respiciens ad exemplar inducat similitudinem forme in suo artificio. uidemus autem in operatione naturali rerum quod similia ex similibus generantur sicut ex homine generatur homo. ut ergo similitudo prouenit in rebus generatis propter aliquod agens respiciens ad exemplar aut non. si non, quod erat opus id est utilitas quod agens sit respiciens ad ydeas sicut ad exemplaria quasi diceret nulla. si autem similitudo prouenit ex respectu ad exemplar separatum. tunc ergo non poterit dici quod causa huius similitudinis in genito sit forma in generante. fieret enim aliquid simile respectu ad hoc exemplar separatum et non respectu ad hoc agens sensibile et hoc est quod dicit. Et non simile illi id est agenti sensibili. ex quo sequitur quod aliquis generetur similis socrati. siue plato

sit uero socrates siue non sit. quod uidemus esse falsum. quia nisi socrates agat in generatione numquam generabitur aliquis similis socrati. si ergo hoc est falsum quod similitudines genitorum non dependeant a propriis generantibus, uanum et superfluum est ponere aliqua exemplaria separata. Sciendum autem quod licet ratio ista destruat exemplaria separata a platone posita non tamen remouet diuinam scientiam esse rerum omnium exemplarem. Cum enim res naturales naturaliter intendant similitudines in res generatas inducere oportet quod ista intentio ad aliquod principium dirigens reducatur quod est in finem ordinans unumquodque. et hoc non potest esse nisi intellectus cuius sit cognoscere finem et proportionem rerum in finem. et sic ista similitudo effectuum ad causas naturales reducitur sicut in primum principium in intellectum aliquem. non oportet quod in aliquas alias formas separatas reducatur [margin: reducatur] quia ad similitudinem predictam sufficit directio in finem qua uirtutes naturales dirigunt a primo intellectu. Quare palam etc. hic ponit rationem que talis est. Sicut socrates ex eo quod est socrates addit ad supra hominem, ita et homo addit ad animal. et sicut socrates participat hominem ita homo participat animal. sed si preter istum socratem sensibilem ponitur alius socrates separatus qui est exemplar eius. sequeretur quod huius socratis sensibilis essent plura exemplaria scilicet socrates separatus et ydea hominis. hoc autem est inconueniens quod unius exemplati sint plura exemplaria ergo inconueniens est ponere hec sensibilium exemplaria. Amplius etc. hic ponit aliam rationem que talis est. Sicut se habet species ad indiuiduum ita se habet genus ad speciem. si ergo species sunt exemplaria sensibilium indiuiduorum ut plato posuit. tunc et specierum erunt aliqua exemplaria scilicet genus speciei quod est inconueniens. quia tunc sequeretur quod idem scilicet species erit exemplar alterius scilicet indiuidui sensibilis et ymago ab alio exemplo scilicet a genere. quod uidetur inconueniens. Amplius opinabitur etc. hic ostendit quod species non conferunt rebus sensibilibus sicut eorum substantie uel cause formales. quia hoc opinabile id est opinatum uidetur impossibile quod ipsa substantia sit separata ab eo cuius est substantia. sed ydee sunt separate ab eo cuius sunt a sensibilibus. ergo non sunt substantie sensibilium. In phedrone uero. hic ostendit quod non conferunt species sensibilibus ad eorum fieri. quamuis plato dixerit in phedrone id est quodam suo libro. quod species sunt cause rebus sensibilibus et essendi et fiendi. sed hoc improbatur duabus rationibus quarum prima talis est. posita causa ponitur effectus. sed existentibus speciebus non propter hoc fiunt indiuidua participantia species nisi sit aliquod motiuum quod moueat ad speciem capiendam quod patet. quia secundum ipsum species semper eodem modo sunt. si ergo eis positis essent uel fierent indiuidua participantia eas sequeretur quod semper essent huiusmodi indiuidua. quod patet esse falsum. ergo non potest dici quod species sint cause et essendi et fiendi. precipue cum non poneret eas esse motiuas ut dictum est. sed enim a substantiis separatis immobilibus posterius procedere et fieri et esse rerum naturalium et quod ille substantie mouentes celestia corpora quibus mediantibus causant generationem et corruptionem in istis inferioribus. Et multa fiunt etc. hic ponit secundam rationem que talis est. Sicut se habent artificialia ad causas artificiales ita naturalia ad causas naturales. sed uidemus quod multa alia artificialia ut domus et anulus fiunt in istis inferioribus quorum platonici species non ponebant. ergo et alia scilicet naturalia contingit esse et fieri propter tales causas proximas quales contingit esse nunc dictis scilicet artificialibus. ut scilicet sicut res artificiales fiunt a proximis agentibus ita et res naturales. Amplius si sunt numeri etc. hic improbat opinionem platonis de speciebus inquantum ponebat eas esse numeros. et circa hoc duo facit. primo disputat contra ea que posita sunt a platone de numeris. secundo contra ea que ponebat de aliis mathematicis. ibi Uolentes autem substantias etc. circa primum ponit sex rationes. quarum prima talis est. Eorum que sunt idem secundum substantiam unum non est causa alterius. sed sensibilia secundum substantiam sunt numeri secundum platonem et pytagoricos. si ergo species sunt quidam numeri non poterunt esse species causa sensibilium. Si autem dicatur quod alii numeri sunt species et alii numeri sunt sensibilia. sicut ad litteram plato ponebat ut si dicamus quod hic numerus est homo et ille alius numerus est socrates et alius numerus est callias istud adhuc non uidetur sufficere. quia secundum hoc sensibilia et species conuenient in ratione numeri et eorum que sunt idem secundum rationem unum non uidetur esse causa

alterius. ergo species non erunt cause horum sensibilium. nec iterum potest dici quod ideo sunt cause quia illi numeri qui sunt species sunt sempiterni. Hec enim differentia non sufficit ad hoc quod quidam numeri sint cause aliorum. quia aliqua differunt per sempiternum et non sempiternum secundum esse suum absolute considerata. sed per causam et causatum, quod importat quamdam differentiam secundum habitudinem unius ad alterum. ergo diuersi numeri non differunt per causam et causatum per hoc quod quidam sunt sempiterni et non sempiterni. [margin: isti uero quod sunt species non sunt sempiterni] Si autem dicatur quod hec sensibilia sunt quedam rationes id est proportiones numerorum et per hunc modum numeri sunt cause horum sensibilium sicut uidemus in symphoniis id est in musicis consonantiis quod numeri dicuntur esse cause consonantiarum inquantum proportiones numerales que sonis applicantur consonantias reddunt. palam est quod oportebit preter ipsos numeros in sensibilibus ponere aliquid unum secundum genus cui applicantur proportiones numerales. ut scilicet eorum que sunt [illegible] proportiones sensibilium consistunt. sicut patet proportiones numerales ut scilicet eorum que sunt in consonantiis inueniuntur soni. si autem illud est applicatum et proportio numeralis in sensibilibus est materia quod oportebit dicere quod ipsi numeri separati qui sunt species sint proportiones alicuius unius scilicet ad alterum. oportet enim dicere quod hic homo qui est callias uel socrates est similis homini ydeali qui dicitur antropos et per se homo. si ergo callias non est numerus tantum sed magis est quedam ratio uel proportio in numeris elementorum scilicet ignis terre aque et aeris. et ipse homo ydealis erit quedam ratio uel proportio in numeris aliquorum que non est homo ydealis numerus per suam substantiam. ex quo sequitur quod nullus numerus erit preter ea id est preter res numeratas. Si enim numerus ipsorum est maxime separatus et ille non est separatus a rebus. sed est quedam proportio rerum aliquarum per numerum rerum. multo minus alius numerus erit separatus quod est contra platonicos. Sequitur autem quod homo ydealis aliis sit proportio aliquorum numeratorum siue ponatur esse numerus siue non. tamen ex supponentibus substantias esse numeros et secundum naturales qui numeros substantias non dicebant quod in rerum substantiis aliquas proportiones numerales inueniant quod patet per [illegible] quod probat unaquaque rerum sensibilium constituitur per quamdam armoniam et proportionem. Amplius autem etc. hic ponit tertiam rationem que talis est. ex multis numeris fit unus numerus. si ergo species sunt numeri. ex multis speciebus fiet una species. quod est inconueniens. si enim ex multis diuersis speciebus aliquid unum in specie constituatur hoc fit per mixtionem in qua non saluantur species eorum que miscentur. sicut ex quatuor elementis fit lapis. et iterum ex huiusmodi diuersis speciebus non fit ad unum constituendum secundum rationem indiuiduorum que alterantur ut possit permisceri. Species autem quia numeri sunt coniuncte numerum constituunt. sicut binarius et ternarius constituunt quinarium in quo uterque numerus uirtute conseruatur. Et quia ad hanc rationem posset aliquis respondere quod contingit numeros non fieri unum numerum quorum quilibet numerus est ex unitatibus constitutus. ideo consequenter dicit. Et si non ex eis etc. dicit hanc rationem. Si enim dicatur quod aliquis numerus maior ut millenarius non constituitur ex speciebus ex duobus uel pluribus numeris minoribus sed constituitur ex unitatibus ex unitatibus remanebit questio quomodo se habent unitates ad inuicem ex quibus numeri constituuntur. et quod omnes unitates sint conformes ad inuicem aut quod difformes ad inuicem. si primo [illegible] sequuntur multa inconuenientia et precipue quod ad ponentes species esse numeros. quia sequitur quod diuerse species non different quia sic unde est cum diuersitas in talibus conformibus. si uero non sint conformes hoc potest esse dupliciter. uno modo quod unitates unius sint differentes ab unitatibus alterius numeri sicut unitates binarii ab unitatibus ternarii. tamen unitates unius et eiusdem numeri sint inuicem sibi conformes. alio modo ut unitates eiusdem numeri nec sint inuicem nec unitates alterius numeri conformes existant. hanc diuisionem significat cum dicit. Nec eodem sibi inuicem. id est que ad eundem numerum pertinent aut omnes omnibus scilicet que pertinent ad diuersos numeros. quocumque autem modo ponatur difformitas ratio unitatis uidetur inconueniens. nam omnis difformitas est per aliquam formam

Volentes [...]

Amplius autem [...]

Amplius autem unitatem [...]

Amplius autem [...]

Amplius [...]

Quod autem sapiat [...]

sensibilium dicitur quasdam alias substantias separatas ab istis diversas modo
autem quo assignabant illa separata esse substantias horum sensibilium est superuacaneum
i. efficacia non habens [...] dicebant [...] que sunt substantie eorum [...] ab
illis participari. sed hoc ipso quod participatione dicebant non est sic ex supradictis
patet. Item species quas ipsi ponebant non tangit causam finalem quam tamen uidemus in quibusdam
scientiis que demonstrant per causam finalem [...] quam esse agens [...]
est agens propter [...] in suo [...] consilium esse et sic species non tangunt causam que
dicitur finis. ita nec causam que dicitur principium. scilicet efficiens que fini opponitur. sed [...]
[...] premittunt [...] sicut mathematice [...]

Amplius autem [...]

Et de motu siquid [...]

Et quod ergo [...]

Nullus autem [...]

Amplius autem [...]

Et quod [...]

sensum possit cognoscere sensibilia, quod patet esse falsum. Nam caecus natus non potest habere scientiam de coloribus. Quoniam igitur etc. Hic colligit ea quae dicta sunt ab antiquis de principiis. Dicens quod ex praedictis est manifestum quod antiqui philosophi conati sunt causas inquirere quas nos in libro Physicorum determinavimus, et praeter eas non habemus aliquam extra eas quam illi declaraverunt. Has autem causas obscure dixerunt, et quodammodo multipliciter sunt ab eis tactae, quodammodo vero nullatenus. Sicut enim pueri de novo loqui incipientes et balbuciendo loquuntur, ita philosophia prima quae nova existens visa est balbucians, quia ipsa primo de omnibus loqui coepit. Quod patet per illud quod Empedocles primo dixit quod ossa habent quandam rationem, id est commixtionem proportionatam, quae quidem ratio est quod quid est et substantia rei. Sed similiter necesse est de carne quod et singulis aliorum, aut de nullo. Omnia enim ex elementis commixta sunt, quia caro et os et omnia huiusmodi non sunt id quod sunt propter materiam quae ab eo ponitur, scilicet elementa, sed propter hoc principium, scilicet formam. Haec autem Empedocles quasi ex necessitate veritatis coactus posuisset, si quis ea expressisset, sed ipse manifeste non expressit. Et sicut ipse non manifestavit expresse naturam formae, ita nec anaxagoras. Deinde cum dicit quaecumque igitur etc. quia videlicet non alicuius aliarum partium. De talibus quae ab aliis possent dubitari dicit quod iam autem in tertio libro recapitulabimus de istis quaecumque circa hoc possunt dubitari ad unam partem vel ad aliam. Ex talibus enim dubitationibus forsitan investigabimus aliquid utile ad dubitationes quas postea proponemus solvendas. Prosequi quod determinare oportet. Explicit primus metaphysice incipit 2. liber

De veritate theorica quidem difficilis est etc. Postquam philosophus reprobavit opiniones antiquorum philosophorum de primis rerum principiis circa quae versatur philosophiae primae intentio, hic accedit ad determinandum veritatem. Alia autem se habet consideratio philosophiae primae circa veritatem et particularium scientiarum. Nam unaquaeque particularis scientia considerat quandam particularem veritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa magnitudines, arithmetica circa numeros. Sed philosophia prima considerat universalem veritatem entium. Et ideo ad hunc philosophum pertinet considerare quomodo homo se habeat ad veritatem cognoscendam. Dividitur ergo pars ista in partes duas. In prima parte determinat ea quae pertinent ad considerationem universalis veritatis. In secunda incipit inquirere veritatem de primis principiis et de aliis ad quae se extendit consideratio philosophiae primae. Et hoc in tertio libro, qui incipit Necesse est nobis acquirentibus scientiam etc. Prima autem pars dividitur in partes tres. In prima parte ostendit qualiter se habet homo ad considerationem universalis veritatis. In secunda ostendit ad quam scientiam principaliter pertineat cognitio veritatis. ibi, Vocari vero philosophia veritatis etc. In tertia ostendit modum considerandi veritatem. ibi, Contingunt autem auditiones etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit facilitatem et difficultatem existentem in consideratione veritatis. Secundo causam difficultatis. ibi, Forsan autem et difficultate etc. Tertio ostendit quomodo homines se invicem iuvant ad cognoscendum veritatem. ibi, Non solum autem his dicere gratiam etc. Circa primum tria facit. Dicit ergo primo quod theoria, id est consideratio de veritate, quodammodo est facilis et quodammodo difficilis. Secundo ibi, Signum autem etc. manifestat facilitatem. Tertio quantum ad difficultatem. ibi, Habere autem totum et partem etc. Facilitatem autem in considerando veritatem ostendit per tria signa. Quorum primum est quod licet nullus homo perfectam cognitionem adipisci possit, tamen nullus homo est ita expers veritatis quin aliquid de veritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, quia unusquisque potest enunciare de veritate et natura rerum, quod est signum considerationis interioris veritatis. Secundum

signum ponit ibi, et singulum quidem etc. Dicens quod licet unus homo parum immittere vel apponere possit ad cognitionem veritatis suo studio et ingenio, sit ad parum proportionatum ad totam considerationem veritatis; tamen id quod aggregatur ex omnibus coarticulatis, id est exquisitis et collectis, fit aliquid magnum, ut patet in singulis artibus quae per diversorum studia et ingenia ad mirabile incrementum pervenerunt. Tertium manifestat per quoddam exemplum vulgare proverbium ibi, Quare si quidem sicut habetur etc. Concludens ex praemissis quod ex quo unusquisque potest cognoscere de veritate aliquid licet parum, sic se habet in cognitione veritatis sicut in proverbio dicitur: In foribus, id est in ianuis domorum, quis delinquet? Interiora enim domus difficile est scire, et circa ea de facili homo decipitur; sed circa ipsum introitum domus qui omnibus patet et primo occurrit, nullus decipitur. Ita etiam in consideratione veritatis, ea per quae in cognitionem aliorum intratur nota sunt omnibus, et nullus circa ea decipitur. Huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, ut non esse simul affirmare et negare, et quod omne totum est maius sua parte, et similia. Circa conclusiones vero ad quas per principia quasi per ianuam intratur, contingit multotiens errare. Sic igitur cognitio veritatis est facilis inquantum scilicet ad istud modicum, quod est principium per se notum, per quod intratur ad veritatem, quod est omnibus notum. Deinde cum dicit habere autem totum etc. manifestat difficultatem dicens quod hoc ostendit difficultatem quae est in consideratione veritatis, quia non possumus habere circa veritatem totum et partem. Ad cuius evidentiam considerandum est quod haec dicta sunt omnibus nota per quae in aliorum cognitionem intratur. Est autem duplex via procedendi ad cognitionem veritatis. Una quidem per modum resolutionis, secundum quam procedimus a compositis ad simplicia, et a toto ad partem, sicut dicitur in primo Physicorum, quod confusa sunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis quando pervenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia autem est via compositionis per quam procedimus a simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio veritatis cum pervenitur ad totum. Sic igitur hoc ipsum quod homo non potest in rebus perfecte totum et partem cognoscere, ostendit difficultatem considerandae veritatis secundum utramque viam. Deinde cum dicit forsan autem et ex difficultate etc. ostendit causam praedictae difficultatis. Ubi considerandum est quod in omnibus quae consistunt in quadam habitudine unius ad alterum, potest impedimentum accidere dupliciter, vel ex uno vel ex altero. Sicut si lignum non comburatur, hoc contingit vel quia ignis est debilis, vel quia lignum non est bene combustibile. Et similiter oculus impeditur a visione alicuius visibilis, aut quia est debilis, aut quia visibile est tenebrosum. Sic igitur potest contingere quod veritas sit difficilis ad cognoscendum, vel propter defectum qui est in rebus, vel propter defectum qui est in intellectu nostro. Et quod ex parte rerum aliqua difficultas contingat in cognoscendo veritatem patet ex hoc quod, cum unumquodque sit cognoscibile inquantum est ens actu, ut infra in nono huius dicetur, illa quae habent esse deficiens et imperfectum, sunt secundum se ipsa parum cognoscibilia, ut materia, motus et tempus propter esse imperfectum, ut Boetius dicit in libro De duabus naturis. Fuerunt autem aliqui philosophi qui posuerunt difficultatem cognitionis veritatis totaliter provenire ex parte rerum, ponentes nihil esse fixum et stabile in rebus, sed omnia esse in continuo fluxu, ut infra in quarto dicetur. Sed hoc excludit philosophus dicens quod quamvis difficultas cognoscendae veritatis forsan possit esse duplex, scilicet ex parte nostra et ex parte rerum, non tamen principalis difficultas est ex parte rerum sed ex parte nostra. Et hoc sic probat. Quia si difficultas esset principaliter ex parte rerum, sequeretur quod illa magis cognosceremus quae sunt magis cognoscibilia secundum suam naturam. Sunt autem maxime cognoscibilia secundum suam naturam quae sunt maxime in actu, scilicet entia immaterialia et immobilia, quae tamen sunt maxime nobis ignota. Unde manifestum est quod difficultas accidit in cognoscendo

veritatem maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo contingit quod intellectus animae nostrae hoc modo se habet ad entia immaterialia quae inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nycticoracum ad lucem diei, quam videre non possunt, quamvis videant obscura. Et hoc est propter debilitatem visus eorum. Sed ut videtur, similitudo non est conveniens. Sensus enim, quia est potentia organi corporalis, corrumpitur ex vehementi sensibili. Intellectus autem cum non sit potentia alicuius organi corporalis, non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Unde post apprehensionem magis intelligibilis non minus intelligit minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in tertio de anima. Dicendum est ergo quod sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Uno modo per corruptionem organi ab excellenti sensibili, quod quidem locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipsius virtutis sensitivae ad obiectum. Potentiae enim animae sensitivae non sunt eiusdem virtutis in omnibus animalibus. Sed sicut homini ex sua specie competit quod habeat pessimum olfactum, ita nycticoraci quod habeat debilem visum, quod non habeat proportionem ad claritatem diei cognoscendam. Sic igitur cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectivarum, minimum participat de virtute intellectiva. Et sicut ipsa secundum suam naturam est actus corporis, eius tamen intellectiva potentia non est actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoscendum corporalium et sensibilium veritatem, quae sunt minus cognoscibilia secundum suam naturam propter eorum materialitatem, sed tamen cognosci possunt per abstractionem a sensibilibus phantasmatibus. Et quia hic modus cognoscendi veritatem convenit naturae humanae animae secundum quod est forma talis corporis; quae autem sunt naturalia semper manent; impossibile est quod anima humana huiusmodi corpori unita cognoscat de veritate rerum, nisi quantum potest elevari per ea quae abstrahendo a phantasmatibus intelligit. Per haec autem nullo modo potest elevari ad cognoscendum quidditates immaterialium substantiarum quae sunt improportionatae istis substantiis sensibilibus. Unde impossibile est quod anima humana huic corpori unita apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod Averroes hic dicit, quod philosophus non demonstrat hic res abstractas intelligere esse impossibile nobis, sicut impossibile est vespertilioni inspicere solem. Ratio quam inducit est valde derisibilis. Quia sequeretur, inquit, quod natura ociose egisset, quia fecit id quod est in se naturaliter intelligibile non intellectum ab aliquo. Sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. Deficit enim haec ratio primo quidem in hoc quod, licet cognitio intellectus nostri non sit finis substantiarum separatarum, sed magis e converso. Unde non sequitur quod si non cognoscantur substantiae separatae a nobis, quod propter hoc sint frustra. Frustra enim est quod non consequitur finem ad quem est. Secundo quia licet substantiae separatae non intelligantur a nobis secundum suas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus. Sicut solem, etsi non videt eum oculus nycticoracis, videt tamen eum oculus aquilae. Deinde cum dicit Non solum autem his etc. ostendit quomodo se homines adinvicem iuvant ad considerandum veritatem. Adiuvatur autem unus ab altero ad considerationem veritatis dupliciter. Uno modo directe, alio modo indirecte. Directe quidem iuvatur ab his qui veritatem invenerunt, quia sicut dictum est, dum unusquisque praecedentium aliquid de veritate invenit, simul in unum collectum posteriores introducit ad magnam veritatis cognitionem. Indirecte vero inquantum priores errantes circa veritatem posterioribus exercitii occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita veritas limpidius appareret. Est autem iustum ut his quibus adiuti sumus in tanto bono, scilicet cognitione veritatis, gratias agamus. Et ideo dicit quod iustum est gratiam referre non solum illis quos aestimat aliquis veritatem invenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas; sed etiam illis qui superficialiter locuti sunt ad veritatem investigandam, licet eorum opiniones non sequamur; quia isti etiam aliquid conferunt nobis. Praestiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem veritatis. Et ponit exemplum de inventoribus musicae. Si enim non fuisset Thymotheus qui multa de arte musicae invenit, non haberemus ad praesens multa quae scimus de melodiis.

Et si non praecessisset quidam philosophus nomine Phrinis, Thymotheus non fuisset ita instructus in musicalibus. Et similiter est dicendum de philosophis qui enunciaverunt universaliter de veritate rerum. A quibusdam enim praecedentium accepimus aliquas opiniones de veritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones praetermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus, invenerunt aliquos praedecessores a quibus acceperunt, qui fuerunt eis causa instructionis.

Vocari vero philosophiam veritatis etc. Ostendit quod cognitio veritatis maxime ad philosophiam primam pertinet. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod ad philosophiam primam maxime pertineat cognitio veritatis. Secundo ostendit quod ad philosophiam primam maxime pertinet cognitio veritatis. Secundo excludit quandam falsam opinionem per quam sua probatio tolleretur. ibi, At vero quod sit principium quoddam etc. Secundo ostendit quod ad philosophiam primam pertinet cognitio veritatis, secundo quod maxime ad eam pertinet. ibi, Nescimus autem verum sine causa etc. Dicit ergo primo quod ex duobus quae determinata sunt in prooemio libri, scilicet quod sapientia sit non practica sed speculativa, et cognoscitiva causarum. Ex primo autem horum sic argumentatur ad propositum. Theorica, id est speculativa, differt a practica secundum finem. Nam finis speculativae est veritas. Hoc enim est quod intendit, scilicet veritatis cognitionem. Sed finis practicae est opus. Quia etsi practici, hoc est operativi, intendant cognoscere veritatem quomodo se habeat in aliquibus rebus, non tamen quaerunt eam tamquam ultimum finem. Non enim considerant causam veritatis secundum se et propter se, sed ordinando ad finem operationis sive applicando ad aliquod determinatum particulare et ad aliquod determinatum tempus. Si ergo coniungamus ad praedicta quod sapientia sive philosophia prima non est practica sed speculativa, sequitur quod recte debeat dici scientia veritatis. Sed quia multae sunt scientiae speculativae quae veritatem considerant, ut geometria et arithmetica, non erat necessarium ut consequenter ostenderet quod philosophia prima maxime considerat veritatem propter aliud quod est ostensum, quod est consideratrix primarum causarum. Et ideo sic arguit. Scientiam veritatis non habemus nisi per causam. Ex quo apparet quod eorum verorum de quibus est scientia aliqua, causae sunt etiam vera. Non enim potest sciri verum per falsum, sed per aliquod aliud verum. Unde et demonstratio quae facit scientiam ex veris est, ut dicitur in primo posteriorum. Deinde adiungit quandam universalem propositionem quae talis est. Unumquodque maxime dicitur talis ex quo causatur talis in aliis. Sicut ignis est causa caloris in elementatis. Unde cum calor univoce dicatur et de igne et de corporibus elementatis, sequitur quod ignis sit calidissimus. Facit autem hic mentionem de univocatione, quia quandoque contingit quod effectus non pervenit ad similitudinem causae secundum eandem rationem speciei, propter excellentiam ipsius causae. Sicut sol est causa caloris in istis inferioribus; non tamen inferiora corpora possunt recipere impressionem solis aut aliorum corporum caelestium secundum eandem rationem speciei, cum non communicent in materia. Et propter hoc non dicimus solem esse calidissimum sicut ignem, sed dicimus solem esse aliquid plus quam calidissimum. Nomen autem veritatis non est proprium alicui speciei, sed se habet communiter ad omnia entia. Unde quia illud quod est causa veritatis est causa communicans cum effectu in nomine et ratione communi, sequitur quod illud quod est posterioribus causa ut sint vera, sit verissimum. Ex quo ulterius concludit quod principia eorum quae sunt semper, scilicet corporum caelestium, necesse est esse verissima. Et hoc duplici ratione. Primo quidem quia non sunt quandoque vera et quandoque non. Secundo quia nihil est eis causa, sed ipsa sunt causa essendi aliis. Et per hoc transcendunt in veritate et entitate corpora caelestia, quae etsi sint incorruptibilia, tamen habent causam non solum quantum ad suum moveri, ut quidam opinati sunt, sed etiam quantum ad suum esse, ut hic philosophus expresse dicit. Et hoc est necessarium, quia necesse est ut omnia composita et participantia reducantur in ea quae sunt per essentiam sicut in causas. Omnia autem corporalia sunt entia in actu inquantum participant aliquas formas. Unde necesse est substantiam separatam quae est forma per suam essentiam corporalis substantiae principium esse. Si ergo huic deductioni adiungamus quod philosophia prima considerat primas causas, sequitur

Marginal notes: tengerit; mag; sensibilia; intellectu; sue; univoce; praedicatur; et per hoc transcendunt in veritate generabilia et corruptibilia quae [illegible] sunt

fine

media

sciam. sic enim potest scire quis modum demonstrandi ... conthinc modum ipse observat in libro phisicorum ut patet diligenter intuenti. Explicit lib. 2. Incipit tertius ...

Necesse est ad quesitam scientiam etc. Postquam philosophus in secundo libro modum considerande veritatis ... considerationem ... disputatione omnes ea que sunt dubitabilia circa veritatem ... quarto libro ... Est scientia que speculatur etc.

sius ut inquisitor veritatis sui determinationi permittit dubitationes emergentes, sed in aliis libris singillatim ad singulas determinationes praemittit dubitationes. hic autem simul praemittit omnes dubitationes et postea secundum ordinem debitum determinat veritatem. Cuius ratio est quia aliae scientiae considerant singulariter particulares veritates. unde et particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare. sed ista scientia sicut habet universalem considerationem de veritate, ita etiam ad eam pertinet universalis dubitatio de veritate, et ideo non particulariter sed simul prosequitur universalem dubitationem. Potest et alia ratio esse quia dubitationes quae tangit sunt principaliter illae de quibus philosophi aliter opinati sunt. non autem eodem ordine ipse procedit ad inquisitionem veritatis et alii philosophi. Ipse enim incipit a sensibilibus et manifestis et procedit ad separata ut patet in .vii. alii vero intelligibilia et abstracta voluerunt sensibilibus applicare. unde quia non erat eodem ordine determinaturus quo ordine processerant alii philosophi ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur, ideo praeelegit ponere prius dubitationes omnes seorsum et postea suo ordine dubitationes determinare. Tertiam rationem assignat Averroes dicens hoc esse propter affinitatem huius scientiae ad logicam quae tangitur in fine .iiij. et ideo dialecticam disputationem posuit quasi partem principalem huius.

Est autem dubitatio primo quidem etc. Secundum ea quae

[E]Postquam philosophus in capitulo hoc praemittit dubitationes determinationi veritatis, hic dividit in partes duas. In prima ponit dubitationes, in secunda causas dubitationum inducendo rationes ad singulas dubitationes, ibi, Primum igitur de quibus in principiis diximus etc. Dividitur autem in duas. quia primo ponit quaerentes modum scientiae quam ipsam scientiam. et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum considerationis huius scientiae. secundo ponit dubitationes pertinentes ad principia de quibus est ista scientia ut in primo libro dictum est, ibi, Et utrum principia etc. Ad modum autem scientiae duo pertinent ut in primo dictum est, scilicet consideratio causarum ex quibus scientia demonstrat, et ipsae res de quibus scientia considerat. unde circa primum duo facit. primo movet dubitationes pertinentes ad considerationem causarum, secundo movet dubitationes pertinentes ad ea de quibus haec scientia considerat, ibi, Et utrum substantiae principia etc. Dicit ergo primo quod prima dubitatio est quam proponimus dubitandum in primo libro, scilicet utrum consideratio causarum quattuor secundum quattuor genera pertineat ad unam scientiam aut ad multas et diversas. et hoc est quaerere utrum unius scientiae sit demonstrare ex omnibus causis vel magis diversae scientiae ex diversis causis demonstrent. Deinde cum dicit Et utrum substantiae principia etc. movet dubitationes de his de quibus considerat ista scientia. et primo inquirit de quibus considerat ista scientia sicut de subiecto, secundo de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus, ibi, Et utrum esse substantias etc. Circa primum duo facit. primo movet quaestiones ex parte principiorum scientiae quae est de substantia, secundo ex parte ipsarum substantiarum, ibi, Et hoc quoque etc. Circa primum ponit tres quaestiones. scilicet primo quia dictum est quod ista scientia considerat prima principia, utrum ad hanc scientiam solum pertineat cognoscere prima principia substantiae, an etiam ad hanc scientiam pertineat considerare de primis principiis demonstrationis ex quibus omnes scientiae demonstrant, ut puta quod haec scientia consideret utrum contingat unum affirmare et negare simul vel non, et de aliis demonstrationis principiis primis. Secunda quaestio est si haec scientia est considerativa substantiae, utrum sit una scientia considerans omnes substantias vel sint plures scientiae de diversis

substantiis. Videtur enim secundum aspectum quod de pluribus substantiis debeant esse plures scientiae. Tertia quaestio est si sint plures scientiae de pluribus substantiis, utrum omnes sint cognatae, id est unius generis, sicut geometria et arismetica sunt in genere mathematicae scientiae, vel non sunt unius generis, sed quaedam earum sint in genere sapientiae, quaedam vero in aliquo alio genere, puta in genere scientiae naturalis vel mathematicae. Videtur enim secundum aspectum quod non sint unius generis cum substantiae immateriales et materiales non eodem modo cognoscantur. Deinde cum dicit Et hoc quoque etc. multiplicat quaestiones ex parte substantiae, et ponit duas quaestiones quarum prima est utrum dicendum sit quod soli sint substantiae sensibiles ut antiqui naturales posuerunt, vel praeter substantias sensibiles sint aliae substantiae immateriales et intelligibiles ut posuit Plato. Secunda quaestio est si sunt aliquae substantiae separatae a sensibilibus, utrum sint unius generis tantum, aut sint plura genera talium substantiarum, sicut quidam attendentes duplicem abstractionem, scilicet universalis a particulari et formae mathematicae a sensibilibus, posuerunt utrumque genus subsistere, et ponebant species separatas quae sunt universalia abstracta subsistentia, item quae inter substantias sensibiles et praeclaras posuerunt mathematica subsistentia separata, scilicet numeros magnitudines et figuras. De istis igitur omnibus quaestionibus sicut nunc movet prosecutus est in sequentibus, et quid dicendum determinando veritatem.

Deinde cum dicit Utrum esse substantias etc. inquirit utrum consideratio huius scientiae sit de accidentibus. Et circa hoc ponit tres quaestiones quarum prima est utrum speculatio huius scientiae sit solum esse substantiis propter hoc quod dicitur prima substantia, aut etiam sit esse ea quae per se substantiis accidunt. et quia ad eandem scientiam pertinere videtur considerare subiectum et per se accidentia subiecti. Secunda quaestio est utrum huius scientiae sit considerare de quibusdam quae videntur esse per se accidentia entis et consequentia omnia entia, scilicet de eodem et diverso, simili et dissimili, contrarietate, et de priori et posteriori et omnibus aliis huiusmodi de quibus dialectici tractant qui habent considerationem de omnibus, sed tamen de his perscrutantur non ex necessariis sed ex probabilibus. Est una enim ratio ut quia communia sunt videtur pertinere ad philosophum primum. Est altera ratio quia ex quo dialectici ea considerant, quorum est ex probabilibus procedere, quod non pertineat ad considerationem philosophi cuius est demonstrare. Tertia quaestio est cum ad communia accidentia entis quaedam per se consequuntur, utrum ad philosophum pertineat esse unumquodque horum solum considerare quid est, aut etiam illa quae consequuntur ad ipsa, puta utrum unum uni sit contrarium.

Nota quod dyalectici considerant de omnibus ex probabilibus

[E]t utrum principia et elementa. Postquam philosophus movit quaestiones pertinentes ad modum considerationis huius scientiae, hic movet quaestiones pertinentes ad res de quibus ista scientia considerat, quia ista scientia considerat de principiis rerum ut in primo dictum est, et ideo hic movet quaestiones de principiis rerum. principia autem rerum ponebantur species et mathematica. ubi ad hoc autem utrum numerus et longitudines etc. Circa primum quaerit quae sint principia, secundo qualia sint, ibi, Amplius utrum principia universalia aut sicut determinata etc. quia enim Platonici ponebant principia separata universalia, primo quaerit utrum universalia sint principia, secundo utrum res separatae sint principia, ibi, Maxime vero quaerendum est etc. Circa primum ponit duas quaestiones quarum prima est utrum genera sint principia et elementa rerum aut ea in quae resolvitur ultimo unumquodque intrinsecus. ratio huius dubitationis est quia principium est ex quo primo componitur res et in quod ultimo dividitur. invenimus autem duplicem modum

compositionis et divisionis, unum scilicet secundum rationem prout species resolvuntur in genera, quia secundum hoc universalia genera esse principia et elementa ut Plato dicebat. alio modo secundum rem, sicut corpora mixta componuntur ex igne aere aqua et terra, et in haec resolvuntur, quae propter hoc naturales posuerunt esse principia et elementa. Secunda quaestio est supposito quod genera sint principia rerum, utrum principia sint ultima universalia quae dicuntur de individuis, scilicet species specialissimae, quas genera appellat secundum platonicorum consuetudinem, quae continent sub se plura individua sicut genera plures species, aut magis sint principia prima genera generalissima, ut puta quod sit magis principium animal vel homo quod est principium quoddam secundum platonicos et magis universale existens quam singulare. Oritur autem haec dubitatio propter duas divisiones rationis quarum una est secundum quam genera dividuntur in species, alia vero est secundum quam species resolvuntur in genera. sic enim videtur idem quod est ultimum in divisione esse primum in compositione. Deinde cum dicit Maxime vero quaerendum est etc. quaerit de principiis separatis et movet quattuor quaestiones quarum prima est cum praeter materiam non sit aliqua causa in actu, utrum ad alium principium sit aliquid causa per se aut non. Secunda quaestio est supposito quod aliquid praeter materiam sit causa, utrum id sit separabile a materia sicut posuit Plato aut non sic posuit pyctagoras. Tertia quaestio est si est aliquid separabile a materia, utrum sit unum tantum sicut posuit Anaxagoras, aut plura numero sicut posuit Plato et ipse Aristoteles. Quarta quaestio est utrum sit aliquid praeter sinolon, id est simul totum, aliquid, id est in quibusdam et in quibusdam non, et qualia sint in quibus sit et qualia in quibus non. Exponit autem quid sit sinolon vel simul totum, scilicet quando praedicatur aliquid de materia. Ad cuius intellectum considerandum est quod Plato posuit hominem et equum et ea quae sic ponuntur esse quasi formas separatas, per hoc autem hominem praedicari de sorte vel platone quod materia sensibilis participat formam separatam. Sorti ergo vel platoni dicitur synolon vel simul totum quod constituitur per hoc quod materia participat formam separatam, et est quaestio quam praedicatum est de materia. quaerit ergo philosophus utrum quod est individuum sit aliquid praeter ipsum individuum vel non, aut quod in quibusdam est aliquid et in quibusdam non. quam quidem quaestionem philosophus determinabit in .vii.

Deinde cum dicit Amplius utrum principia etc. movet quaestiones circa modum existendi principiorum. et quia ens dividitur per unum et multa, per actum et potentiam, quaerit quomodo sint principia secundum unitatem et multitudinem, secundo quomodo sint secundum actum et potentiam, ibi, potentia aut actu. Circa primum movet quattuor quaestiones quarum prima est utrum principia sint determinata secundum numerum aut secundum speciem, puta quod omnes tales esse principia vel secundum intellectum quod sunt determinata secundum numerum ita scilicet quod sola una forma numero sint principia et sola una materia numero et sic de aliis, vel secundum intellectum quod sit determinata secundum speciem ita scilicet quod sint multa principia multa quae conveniunt in specie et sic de aliis. et quia quidam philosophorum assignabant causas formales sicut platonici, quidam autem solas causas materiales sicut antiqui naturales, addit quod ista quaestio habet locum in rationibus, id est in causis formalibus et materialibus. Secunda quaestio est utrum corruptibilium et incorruptibilium sint eadem principia aut diversa, et si sunt diversa utrum omnia sint incorruptibilia, vel corruptibilium principia sint corruptibilia sed incorruptibilium incorruptibilia.

Tertia quaestio est utrum unum et ens significent ipsam substantiam rerum et non addatur aliquid super substantias rerum, sicut dicebant pyctagorici et plato, vel non significet ipsam substantiam rerum, sed sit aliquod aliud subiectum unius et entis, scilicet ignis aut aer aut aliquid aliud huiusmodi ut antiqui naturales

Negatio autem est duplex. Quaedam simplex per quam absolute dicitur quod hoc non inest illi. Alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed infra metas alicuius generis. Sicut caecum dicitur quod non habet visum, sed infra genus animalis quod natum est habere visum. Et haec adest differentia huic quod dico unum, praeter quod est in negatione, idest praeter quod differt a negatione, quia negatio dicit tantum absentiam alicuius vel remotionem sine hoc quod determinet subiectum. Unde absoluta negatio potest verificari tam de ente quod non est natum habere affirmationem, quam de ente quod est natum habere et non habet. Non videns enim potest dici tam chimaera quam lapis quam homo. Sed in privatione est quaedam natura vel substantia determinata de qua dicitur privatio. Non enim omne non videns potest dici caecum, sed solum quod est natum habere visum. Et sic patet quod negatio quae in ratione unius includitur sit negatio in subiecto; alias non ens unum dici posset. Et quia unum differt a negatione sic privatio, et contrahit se ad naturam privationis, ut in x huius habetur. Sciendum est quod quamvis unum importet privationem implicite, non tamen est dicendum quod importet privationem multitudinis. Quia cum privatio sit posterior naturaliter eo cuius est privatio, sequeretur quod unum esset posterius naturaliter multitudine. Sequeretur etiam quod multitudo poneretur in definitione unius. Nam privatio non potest definiri nisi per suum contrarium, ut quid est caecus? Privatio visus. Unde cum in definitione multitudinis ponatur unum, nam multitudo est aggregatio unitatum, sequeretur quod in definitionibus sit circulus. Et ideo dicendum quod unum importat privationem divisionis, non quidem divisionis quae est per quantitatem: nam ista divisio determinatur ad unum particulare genus entis, et non posset cadere in definitione unius. Sed divisionis formalis quae fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis et negationis. Nam illa dividuntur ad invicem quae ita se habent, quod hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, et ex consequenti non ens, et per consequens divisio, et per consequens unum quod divisionem privat, et per consequens multitudo, in cuius ratione cadit divisio, sicut in ratione unius indivisio. Quamvis aliqua divisa modo praedicto rationem multitudinis

non tamen omne non habens visum [illegible]

habere non possint, nisi prius cuilibet divisorum ratio unius attribuatur.

Unius autem pluralitas et cetera. Hic ostendit quod philosophi est considerare contraria. Uni enim multitudo opponitur, ut dictum est. Oppositorum autem est unius scientiae considerare. Cum igitur in scientia consideret unum, idem, aequale et simile, necesse est quod consideret opposita his, scilicet multitudinem, alterum sive diversum, dissimile et inaequale; et quaecumque alia reducuntur ad ista, sive ad unum et ad pluralitatem. Et inter ista una est contrarietas. Nam contrarietas est quaedam differentia eorum, scilicet quae maxime differunt in eodem genere. Differentia vero est quaedam alteritas sive diversitas, ut in x huius habetur. Unde contrarietas pertinet ad considerationem huius scientiae.

Quare unum multipliciter et cetera. Hic tradit modum quo philosophus de his debet determinare. Et dicit quod cum omnia praedicta dicantur multipliciter ab uno, et unum multipliciter dicatur, et omnia ista, idest idem et diversum, et alia huiusmodi. Sed tamen quamvis multipliciter dicantur, omnia tamen quae significantur per quodlibet horum nominum, est cognoscere unius scientiae, scilicet philosophiae. Non enim sequitur quod si aliquid dicitur multipliciter, quod propter hoc sit alterius scientiae vel diversae. Nam si significata nec dicuntur secundum unam rationem, nec rationes diversa referuntur ad unum, sicut in analogicis, tunc sequitur quod alterius, idest diversae scientiae sit de his considerare, vel ad minus unius per accidens, sicut caeleste sidus quod est canis consideratur astrologo, illud autem canis marinum vel terrestre. Haec autem omnia referuntur ad unum primum, sicut est quod significatur per hoc nomen unum, licet sit diversa, reducuntur tamen in unum primum significatum. Sic est de his nominibus idem, diversum, contrarium et huiusmodi. Unde quodlibet istorum philosophus duo debet facere, videlicet primo dividere quot modis dicitur unumquodque, et postea assignare in unoquoque praedicto, idest in unoquoque istorum de pluribus praedicato, ad quod primum dicatur. Sicut quod est primum significatum huius nominis idem vel diversum, vel quomodo ad id primum alia referuntur, ad quid in quantum faciunt id, vel secundum alios huiusmodi modos.

Palam igitur et cetera. Inducit conclusionem ex omnibus praedictis, quod huius scientiae est ratiocinari de his et de substantia, et hoc fuit unum quaesitum inter quaestiones in tertio disputatas.

ad quod [illegible] habetur

Lectio

Et philosophi et cetera. Hic ostendit quod de omnibus praedictis philosophus debet considerare. Et primo ostendit propositum. Secundo inducit quamdam conclusionem intentam, ibi: Quare quod unius scientiae et cetera.

conclusionem

Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo ex dictis infert quoddam corollarium, ibi: Et ideo non est geometrae et cetera. Ostendit autem propositum tribus rationibus. Secunda ibi: Significat autem et cetera. Tertia ibi: Amplius autem contrariorum et cetera. Prima ratio talis est. Omnis dubitatio quae potest moveri, est in aliqua scientia solvenda. Sed de praedictis dubitationes moventur quaedam, quaeret enim de eodem et diverso, utrum Socrates et Socrates sedens sint idem, et de contrariis, utrum unum uni contrarium. Ergo oportet quod in aliqua scientia solvatur, quae consideret de eodem et diverso et contrariis et aliis praedictis. Et quod hoc pertineat ad philosophum et ad nullam aliam scientiam, sic probatur. Eius est considerare passiones entis qui considerat ens inquantum est ens. Sed praedicta sunt per se accidentia entis et unius inquantum huiusmodi. Sicut enim numerus inquantum numerus habet proprias passiones, ut superfluum et diminutum, commensuratum et incommensuratum, quorum quaedam insunt alicui numero absolute, ut par et impar, quaedam unius per comparationem ad alterum, ut aequale; et corpus habet proprias passiones, et alia huiusmodi. Sic et ens inquantum ens habet quaedam propria,

quae sunt circa praedicta. Ergo consideratio eorum pertinet ad philosophum. Et ideo tradentes philosophiam non peccaverunt de his tractando, tamquam non philosophantes, idest tamquam in non pertinentibus ad considerationem philosophiae. Sed quia de his tractantes de substantia nihil addebant, quia substantiae omnino obliviscebantur, cum tamen ipsa sit prius inter illa de quibus philosophus debet considerare.

Signum autem et cetera. Hic ponit secundam rationem ad idem ostendendum, quae quidem est per signum, quae talis est. Dialectici et sophistae induunt figuram eandem philosopho, quia similes cum eo habentur. Sed dialectica et sophistica disputant de praedictis. Ergo et philosophi est ea considerare. Ad manifestationem autem primae propositionis, ostendit quomodo dialectica et sophistica cum philosophia habent similitudinem, et in quo ab ea differunt.

[illegible] dicitur philosophus [illegible] sophista

Conveniunt tamen in hoc quod dialectici est disputare de omnibus. Hoc autem esse non posset nisi considerarent omnia secundum quod conveniunt in aliquo uno, quia unius scientiae unum subiectum est, et unius artis una est materia circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conveniant nisi in ente, manifestum est quod dialecticae materia est ens, et ea quae sunt entis, de quibus etiam philosophus considerat. Similiter etiam sophistica habet quandam similitudinem philosophiae. Nam sophistica est visa sive apparens sapientia, non existens. Quod autem habet apparentiam alterius, oportet quod habeat aliquam similitudinem cum illa. Et ideo oportet quod circa eadem consideret philosophus, dialecticus et sophista. Differunt autem ab invicem. Philosophus quidem a dialectico secundum potestatem. Nam maioris virtutis est consideratio philosophi, quam consideratio dialecticae. Philosophus enim de praedictis communibus procedit demonstrative. Et ideo eius est habere scientiam de praedictis, et est cognoscitivus eorum per certitudinem. Nam certa cognitio sive scientia est effectus demonstrationis. Dialecticus autem circa omnia praedicta procedit ex probabilibus. Unde non facit scientiam, sed solum quandam opinionem.

maioris

Et hoc ideo est, quia ens est duplex: ens scilicet rationis et ens naturae. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus quas ratio adinvenit in rebus consideratis; sicut intentio generis, speciei et similium, quae quidem non inveniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur. Et huiusmodi, scilicet ens rationis, est proprie subiectum logicae. Huiusmodi autem intentiones intelligibiles entibus naturae aequiparantur, eo quod omnia entia naturae sub consideratione rationis cadunt. Et ideo subiectum logicae ad omnia se extendit, de quibus ens naturae praedicatur. Unde concludit quod subiectum logicae aequiparatur subiecto philosophiae, quod est ens naturae. Philosophus igitur ex principiis ipsius procedit ad probandum quae sunt consideranda circa huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea consideranda ex intentionibus rationis, quae sunt extranea a natura rerum. Et ideo dicitur quod dialectica est tentativa, quia tentare proprium est ex principiis extraneis procedere. Sophista vero differt a philosopho prohaeresi, idest electione vel voluntate, idest desiderio vitae. Ad aliud enim ordinat vitam suam et actionem philosophus et sophista. Philosophus quidem ad sciendum veritatem; sophista vero ad hoc quod videatur scire quamvis nesciat.

Licet autem dicatur quod philosophia est scientia, non autem dialectica et sophistica, non tamen per hoc removetur quin dialectica et sophistica sit scientia. Dialectica enim potest considerari secundum quod est docens, et secundum quod est utens. Secundum quidem quod est docens habet considerationem de istis intentionibus, instituens modum quo per eas procedi possit ad conclusiones in singulis scientiis probabiliter ostendendas; et hoc demonstrative facit, et secundum hoc est scientia. Utens

est secundum quod modo adinvento utitur ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientiis; et sic recedit a modo scientiae. Et similiter dicendum est de sophistica. Quia prout est docens tradit per necessarias et demonstrativas rationes modum arguendi apparenter. Secundum vero quod est utens deficit a processu verae argumentationis. Sed in parte logicae quae dicitur demonstrativa solum doctrina pertinet ad logicam, usus vero ad philosophiam et ad alias particulares scientias quae sunt de rebus naturae. Et hoc ideo quia usus demonstrativae consistit in utendo principiis rerum, de quibus fit demonstratio, quae ad scientias reales pertinet, non utendo intentionibus logicis. Et sic apparet quod quaedam partes logicae habent in ipsa logica et doctrinam et usum, sicut dialectica tentativa et sophistica; quaedam autem doctrinam et non usum, sicut demonstrativa.

Amplius contrariorum. Hic ponit tertiam rationem, quae talis est. Quaecumque reducuntur in unum et ens, debent considerari a philosopho, cuius est considerare unum et ens. Sed contraria reducuntur ad unum et ens. Ergo de contrariis consideratio pertinet ad philosophum, cuius est considerare unum et ens. Quod autem contraria reducantur ad unum et ens, ostendit quantum ad ens sic. Inter duo contraria quae a philosophis ponuntur, ut in prima habitum est, semper unum quidem est alteri correlativum et ei coordinatum ut privatio; quod ex hoc patet, quia semper contrariorum alterum est imperfectum respectu alterius, et sic quandam privationem respectu alterius importat. Privatio autem est quaedam negatio, ut dictum est; et sic est non ens. Et sic patet quod contraria reducuntur in ens et non ens. Similiter etiam ostenditur quod reducuntur in unum et multitudinem, per quod exemplum: status enim sive quies reducitur in unitatem. Id enim quiescere dicimus quod uno modo se habet nunc et prius, ut in vi Physicorum traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod movetur diversimode se habet nunc et prius, quod multitudinem importat.

Deinde ostendit quod contraria reducuntur ad ens, quia principia et principiata sunt unius considerationis. Principia autem entium in quibus omnes confitentur philosophi esse contraria. Omnes enim dixerunt entia et substantias entium ex contrariis componi, ut prius dictum est. Et prius, licet in hoc conveniant quod entium principia sint contraria, differunt tamen quantum ad contraria quae ponunt. Quidam enim par et impar, sicut Pythagorici. Alii calorem et frigus, sicut Parmenides. Quidam finem sive terminum et infinitum, vel finitum et infinitum, sicut idem Pythagorici. Nam pari et impari finitum et infinitum attribuebant, ut in primo habitum est. Alii concordiam et discordiam, sicut Empedocles. Patet igitur quod contraria reducuntur ad ens. Ita etiam reducuntur ad unum et multitudinem, quod quidem apparet. Nam imparitas aliquid unitatis habet propter suam indivisionem. Paritas autem ad multitudinem pertinet propter suam divisionem. Sic autem finis sive terminus sive finitum ad unitatem pertinet, quae est terminus omnis resolutionis. Infinitum autem pertinet ad multitudinem, quae in infinitum augetur. Concordia quoque unitatis est manifeste. Discordia vero multitudinis. Calor quoque ad unitatem pertinet, inquantum habet unire homogenea. Frigus autem ad multitudinem, inquantum habet ea separare. Non solum autem contraria reducuntur sic in unum et multitudinem, sed et alia. Sed ista reductio sive introductio ad unum et multitudinem accipiatur sicut supposita nunc a nobis, quia longum esset per singula contraria hoc discutere.

Deinde ostendit quod contraria reducuntur ad unum et ens. Et dicit quod omnia fere principia quae sunt de aliis, id est principia contraria, inveniuntur in unum et ens tamquam in genera. Non quod sint genera, sed ratione suae communitatis quandam similitudinem generum habent. Si igitur contraria vel sunt principia vel ex principiis, oportet quod ad unum et ens reducantur. Sic igitur patet quod duplici ratione contraria reducuntur ad ens. Primo per praedictam propositionem. Secundo per hoc quod contraria sunt principia, quae vero reducuntur ad unum et per experimentum et per quandam inductionem, finaliter una ratione quia reducuntur ad unum et ens in quantum sunt genera. Palam igitur. Hic ostendit conclusionem, scilicet quod unius scientiae considerare est. Quia considerat per se tali ratione omnia entia reducuntur ad contraria, quia vel sunt contraria vel sunt ex contrariis. Contraria vero reducuntur ad unum et multitudinem, quia unum et multitudo sunt principia contrariorum. Unum autem et multitudo sunt unius scientiae, scilicet philosophiae. Ergo eius est considerare ens secundum quod est ens. Sciendum est tamen quod praedicta omnia unius scientiae considerationem cadere, sive dicantur secundum unum, id est univoce, sive non, sicut fortasse verum est. Sed tamen quamvis unum dicatur multipliciter, omnia tamen alia, id est omnes significationes, reducuntur ad unam primam significationem, et similiter est de contrariis quae dicuntur multipliciter. Sed omnes significationes ad unam primam reducuntur. Et propter hoc si ens vel unum non sunt unum universale quod genus existit, sicut Plato ponebat, sive dicatur quod universale sit unum in omnibus secundum opinionem nostram, sive quod sit ad separatum secundum opinionem Platonis, sicut fortasse non est verum, tamen dicuntur secundum prius et posterius, et significationes referuntur ad unum primum, et significationes referuntur secundum habitudinem consequentem ad aliquod primum. Utitur tamen adverbio dubitandi quia nec supponere quod istius probabunt. Sciendum tamen est quod hic dixit entia esse vel contraria vel ex contrariis non posuit secundum suam opinionem, sed accepit quasi opinionem philosophorum antiquorum. Ens enim immobile non sunt contraria nec ex contrariis. Unde nec Plato etiam in substantiis sensibilibus immobilibus posuit contrarietatem, scilicet unitatem ex parte formae et contrarietatem ex parte materiae. Antiqui vero philosophi solum in substantiis posuerunt in quibus necesse est contrarietatem esse secundum quod mobiles sunt. Deinde cum dicit Et ideo non est etc., inducit quoddam corollarium ex praedictis, dicens quod geometriae non est speculari de praedictis quae sunt accidentia entis inquantum est ens, scilicet quid est contrarium aut quid est perfectum et huiusmodi. Sed si consideret hoc, erit ex conditione, id est ex suppositione, id est supponens ab aliquo priori philosopho a quo suscipit quod est necessarium ad suam materiam. Et hoc quod dictum est de geometria similiter est intelligendum in qualibet alia particulari scientia. Deinde cum dicit Quod quidem igitur etc., colligit quae superius ostensa sunt, dicens manifestum esse quod ad unam scientiam pertinet considerare ens secundum quod est ens et ea quae per se illi insunt. Et per hoc patet quod illa scientia non solum est considerativa substantiarum sed etiam accidentium, cum de utrisque ens dicatur. Et entis considerativa scientia est quae dicta sunt, scilicet eiusdem et diversi, similis et dissimilis, aequalis et inaequalis, negationis et privationis et contrariorum, quae superius dixit esse per se entis accidentia. Et non solum est considerativa istorum de quibus ostensum est singillatim [illegible] quae cadunt in consideratione huius scientiae, sed etiam considerat de priori et posteriori, genere et specie, toto et parte et aliis huiusmodi pari ratione, quia haec etiam sunt accidentia entis inquantum est ens.

Dicendum autem utrum unius etc. Hic solvit quartam quaestionem in tertio motam, scilicet utrum ad eandem scientiam pertineat considerare de primis principiis demonstrationis et de substantia. Et dividitur in duas partes. Primo ostendit quod eius est considerare universaliter de omnibus his principiis. Secundo specialiter de primo eorum, ibi Congruum autem maxime etc. Circa primum tria facit. Primo movet quaestionem, quae est utrum unius scientiae sit considerare de substantia et de principiis quae in scientiis mathematicis vocantur dignitates, aut est alterius et alterius scientiae considerare. Appellat autem haec principia magis mathematicas scientias, quia certiores demonstrationes habent, et manifestius istis principiis per se notis utuntur, omnes suas demonstrationes in haec principia resolventes. Secundo solvit, ibi Palam autem etc., quod quidem solum est quod una scientia intendit de utrisque praedictis, et haec est philosophia quae prae manibus habetur. Tertio ibi Omnibus enim etc. Hic probat solutionem propositam. Et circa hoc duo facit. Primo probat propositum. Secundo per conclusionem principalem inducit, ibi Quod quidem igitur etc. Propositam autem solutionem probat dupliciter. Primo per rationem. Secundo per signum, ibi Unde nullus particulariter etc. Prima ratio talis est. Ea quae communiter insunt aliis entibus et non solum alicui generi entium separatim ab aliis, haec pertinent ad considerationem philosophi. Sed praedicta principia sunt huiusmodi. Ergo pertinent ad considerationem philosophi. Minorem sic probat. Illa quibus utuntur omnes scientiae sunt entis inquantum huiusmodi. Sed prima principia sunt huiusmodi. Ergo pertinent ad ens inquantum est ens. Rationem autem quare omnes scientiae eis utuntur sic assignat. Quia unumquodque genus subiectum alicuius scientiae recipit praedicationem entis. Utuntur autem principiis praedictis scientiae particulares non secundum suam communitatem prout se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis, et hoc secundum continentiam generis quod in scientia subiicitur, de quo ipsa scientia demonstrat. Sicut philosophia naturalis utitur eis prout se extendunt ad entia mobilia tantum et ultra. Deinde cum dicit Unde nullus etc., probat quod dixerat per signum. Et primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam errorem, ibi Nisi physicorum quidam etc. Dicit ergo primo quod nullus intendens tradere scientiam alicuius particularis entis conatus est aliquid dicere de primis principiis utrum sint vera aut non, nec geometer nec arithmeticus, quamvis tamen his principiis plurimum utantur ut dictum est. Unde patet quod consideratio talium principiorum ad hanc scientiam pertinet. Deinde cum dicit Non physicorum quidam etc., excludit errorem. Et circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum qui de praedictis se intromittebant cum ad eos non pertineret. Secundo eorum qui de eis aliquo modo volebant tractare quod de eis sit tractandum, ibi Quaecumque vero conantur etc. Dicit ergo primo quod quamvis nulla scientiarum particularium de praedictis principiis se intromittere debeat, quidam tamen naturalium de his se intromiserunt, et hoc non sine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam substantiam esse praeter substantiam corpoream mobilem de qua physica tractat. Et ideo creditum est quod soli ipsi de tota natura tractarent, et per consequens de ente et etiam de per se principiis quae sunt simul consideranda cum ente. Hoc autem falsum est, quia adhuc est quaedam scientia superior naturali. Ipsa enim natura, id est res naturalis habens in se principium motus, in seipsa est unum aliquod genus entis universalis. Non enim est omne ens huiusmodi, cum probatum sit in octavo Physicorum esse aliquod ens immobile. Hoc autem ens immobile est superius et nobilius ente mobili de quo considerat naturalis. Et quia ad illam scientiam pertinet consideratio entis communis ad quam pertinet consideratio entis primi, ideo ad aliam scientiam quam ad naturalem pertinet consideratio entis communis. Et eius etiam erit considerare huiusmodi principia communia. Physica enim est quaedam pars philosophiae, sed non prima, quae considerat ens commune et ea quae sunt entis inquantum huiusmodi.

Deinde cum dicit Quaecumque vero etc., excludit alium errorem circa modum huiusmodi principia. Quidam enim tractabant de istis principiis volentes ea demonstrare. Et quaecumque isti dixerunt de veritate praedictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere pro veris demonstrationis, vel quomodo oporteat contingere veritatem in istis omnibus, dicit ita se habere hoc vel propter ignorantiam vel propter imperitiam analeticorum, scilicet illius partis logicae in qua ars demonstrandi traditur. Quia oportet scientes venire, id est omnis scientia per demonstrationem acquisita ex his principiis causatur. Sed non oportet audientem, id est discipulos instrui in aliqua scientia quaerere de his sicut de aliquibus demonstrandis vel probandis. Sed de his praecognitis sciendum, id est oportet quod illi acquirunt scientiam per demonstrationem prius veniant ad cognitionem huiusmodi principiorum, et non quod quaerant ea sibi demonstrari. Deinde cum dicit Quod quidem igitur etc., concludit propositum intentum, scilicet quod philosophi erit considerare de omni substantia inquantum huiusmodi et de per se syllogisticis principiis. Ad huius autem evidentiam sciendum quod propositiones per se notae sunt quae statim notis terminis cognoscuntur, ut dicitur in primo Posteriorum. Hoc autem contingit in illis propositionibus in quibus praedicatum ponitur in diffinitione subiecti vel praedicatum est idem subiecto. Sed contingit aliquam propositionem quae in se est esse per se notam, non tamen esse per se notam omnibus, quia ignorant diffinitionem praedicati et subiecti. Unde Boethius dicit in libro De ebdomadibus quod quaedam sunt per se nota omnibus. Illa autem sunt per se nota omnibus quorum termini in conceptionem omnium cadunt. Huiusmodi autem sunt communia, eo quod nostra cognitio a communibus ad propria pervenit, ut dicitur in primo Physicorum. Et ideo istae propositiones sunt primae demonstrationum principia quae componuntur ex terminis communibus, sicut totum et pars, ut omne totum est maius sua parte, aut sicut aequale et inaequale, ut quae uni et eidem sunt aequalia sibi sunt aequalia. Et eadem ratio est de similibus. Et quia huiusmodi communes termini pertinent ad considerationem philosophi, ideo et haec principia de consideratione philosophi sunt. Determinat autem ea philosophus non demonstrando, sed rationes terminorum tradendo, ut quid totum et quid pars et sic de aliis. Hoc autem cognito, veritas praedictorum principiorum manifesta relinquitur.

Congruum autem maxime. Hic ostendit quod principaliter ad philosophum pertinet considerare de primo demonstrationis principio. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod eius est de eo considerare. Secundo de ipso tractare incipit, ibi Principium vero ad omnia talia etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod huius scientiae est considerare de primo demonstrationis principio. Secundo ostendit quid sit, ibi Firmissimum autem omnium principiorum. Tertio excludit quosdam errores circa idem principium, ibi Sunt autem etc. Utitur autem ad primum tali ratione. In unoquoque genere ille est maxime cognoscitivus qui certissima cognoscit principia, quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet. Sed primus philosophus est maxime cognoscitivus et certissimus in sua cognitione. Haec enim erat una de conditionibus sapientis, ut in prooemio huius libri patuit, scilicet quod esset certissimus causarum. Ergo philosophus debet considerare certissima et firmissima principia circa entia de quibus ipse considerat sicut de genere sibi proprie subiecto. Firmissimum autem. Hic ostendit quid sit firmissimum sive certissimum principium. Et circa hoc duo facit. Primo dicit quae sunt conditiones certissimi principii. Deinde adaptat eas uni principio, ibi Quod quidem vero sit etc. Ponit ergo primo tres conditiones firmissimi principii. Prima est quod circa id non possit aliquis mentiri sive errare. Et hoc patet, quia cum homines non decipiantur nisi circa ea quae ignorant, ideo circa quod non potest aliquis decipi oportet esse notissimum. Secunda conditio est ut sit non conditionale, id est non per suppositionem habitum, sicut illa quae ex quadam condictione ponuntur. Unde alia translatio habet et si subiiciantur, id est non subiiciantur ea quae sunt certissima principia. Et hoc ideo quia id quod est necessarium habere intelligentem quaecumque entium, hoc non est conditionatum, id est non est suppositum, sed oportet esse per se notum. Et hoc ideo quia est necessarium ad intelligendum quaecumque. Oportet enim ex quo quis aliquid cognoscit ipsum cognoscat. Tertia conditio est ut non acquiratur per demonstrationem vel alio simili modo, sed adveniat quasi per naturam habenti ipsum, ut naturaliter cognoscatur et non per acquisitionem. Ex ipso enim lumine naturali intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solum per hoc quod eorum termini innotescunt. Quod quidem fit per hoc quod a sensibilibus accipitur memoria et a memoria experimentum et ab experimento cognitio illorum terminorum, quibus cognitis cognoscuntur huiusmodi propositiones communes quae sunt artium et scientiarum principia. Manifestum est igitur quod certissimum principium sive firmissimum tale debet esse ut circa id non possit errari, et quod non sit suppositum, et quod adveniat naturaliter. Deinde cum dicit Quod vero sit etc., ostendit quod principium firmissimum est impossibile eidem simul inesse et non inesse eidem. Sed addendum est et secundum idem, et quaecumque alia hic sunt determinanda circa hoc principium, quaecumque determinata sunt ad logicas difficultates quibus videtur contradictio cum non sit. Quod autem hoc principium praedictas habeat conditiones sic ostendit. Impossibile enim est quod aliquis suscipiat sive opinetur quod idem sit et non sit, quamvis quidam arbitrentur Heraclitum hoc opinatum fuisse. Verum est autem quod Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim est necessarium quod quicquid aliquis dicit hoc mente suscipiat vel opinetur. Si autem aliquis diceret quod contingeret eundem opinari hoc, non enim necessarium sequitur hinc idem. Quia contraria eidem simul inesse non contingit, et haec determinentur nobis, id est ordinarie

quadam propter consueta et loycas deriata. omnium
est in fine primi quod oppiniones sunt contrarie non que
sunt contrariorum sed que sunt contradictionis. prosequendo hec
est non sunt contrarie opiniones per hoc sicut una opinio est soz
est albus. alia opinio est soz est niger. sed quod una soz est albus
et alia opinio est soz non est albus. Si ergo quis opinetur simul
duo contraria esse vera. opinando simul idem esse et non esse habebit
simul contrarias opiniones. et tunc contraria simul inerunt eidem quod est inpossibile.
non ergo contingit aliquem esse habentem intra mentem. et quod opinetur simul idem esse et
non esse. et propter hoc omnes demonstrantes reducunt suas demonstrationes
in hanc propositionem sicut in ultimam opinionem omnibus. hoc enim ipsum est
enim naturaliter principium et dignitas omnium dignitatum. et sic patet quare due
contradictiones. quia in hanc reducitur cum demonstrantur
sic multi resolutiones patet quod non habet ex suppositione ... uo
est naturaliter principium sic patet quod adveniet habenti et non habet per acquisitionem
ad hoc autem cuius scientia est quod est dicendum sit oppositionem intellectus unaquaque
cogitat quidquid est que vocatur indivisibilium intellectus. alia
qua componit et dividit. in utraque est ad propositum. in hoc quod oppositio
est ad hoc quod cadit in acceptione intellectus. hoc quod dico
ens. nec aliquid hic oppositum potest mente concipi nisi in
telligatur ens. et quia hoc principium impossibile est esse et non esse simul
dependet ex intellectu entis. sic hoc principium omne totum est
maius sua parte ex intellectu totius et partis. ideo hoc principium
est naturaliter per. in sua comparatione intellectus. scilicet componitis et dividentis.
non dico potest simul oppositum intelligere ad intellectum. hoc non principium in
tellectu. sicut enim totum et pars non intelliguntur in intellectu esse
ita non hoc principium omne totum est maius sua parte in intellectu
predicto principium firmissimo. Deinde cum dicit. Si autem quidam et cetera.
ostendit quod esse predictum principium ab aliquibus est erratum. et circa hoc
duo facit. primo tangit opinionem illorum qui contradicebant predicto principio.
secundo eorum qui ipsum demonstrare volebant. ibi. Volunt autem
et cetera. dicit ergo primo sic quod quidam sicut dictum est de eraclito. dice
bant enim quod contingit idem esse et non esse. et forte quod contra hoc existimabant et
habebant propter rationes multas nobiles ut infra patebit. sed nos nunc
accipimus supponendo predictum principium esse verum. scilicet quod impossibile est
idem esse et non esse. et ex sui veritate ostendimus quod est certissimum.
et ex hoc enim quod impossibile est esse et non esse sequitur quod impossibile sit
contraria simul inesse eidem ut infra dicetur. et ex hoc quod contraria non
possunt simul inesse eidem sequitur quod homo non possit simul habere
contrarias opiniones. et per consequens quod non possit opinari contradic
toria simul esse vera aut opinionum est. Deinde cum dicit. Volunt autem
et cetera. tangit errorem quorundam qui predictum principium demonstrare
volebant. et circa hoc duo facit. primo ostendit quod non potest demonstrari
simpliciter. secundo quod aliquo modo possit demonstrari. ibi. Est autem demonstrare
et cetera. dicit ergo primo quod quidam dignum duxerunt suo
velle demonstrare predictum principium. et hoc propter apprehensionem
in ineruditionem sive in indisciplinationem. est enim ineruditio
quod homo nesciat quorum oportet querere demonstrationem et quorum
non. non enim est omnia possibile demonstrari. Si enim omnia demonstrarentur

cum idem per se ipsum non demonstraretur. sed per aliud oporteret esse
circulum in demonstrationibus. quod esse non potest. quia tunc idem esset
notius et minus notum. ut patet in primo posteriorum. vel oporteret procedere in infinitum.
sed si in infinitum procederetur non esset demonstratio. quia quelibet demonstrationis
conclusio redditur certa per reductionem eius in primum principium. quod non esset si demonstratio
in infinitum procederet. patet ergo si aliqua sunt non demonstrabilia. non possunt dicere quod aliquod
principium est magis indemonstrabile quam predictum. Est autem demonstrare et cetera.
hic ostendit quomodo aliqualiter in hoc principium demonstrari dicatur quod contra predictum principium
demonstrative in genere habet elenchice quia in elenchi differt
argumentatione. nam elenchus est sillogismus ad contradicendum. unde inducitur ad
redarguendum aliquem ferentem positionem. et propter hoc locum ostendit per quod ipso
sit idem esse et non esse. si solum ille qui ex aliqua dubitatione negat
istud principium dicat aliquid. vel aliquid nomine significet. Si vero nihil dicat
ridiculum est querere aliquam rationem ad illum qui nulla utitur
ratione in loquendo. talis enim in hac disputatione qui non significat similis erit
plante. alia enim bruta significant aliquid per talia signa. differt
autem demonstrative probare predictum principium et demonstrare argumentatione
sive elenchice. quia si aliquis vellet demonstrare simpliciter pre
dictum principium videretur petere principium. quia non posset adsumere
ad eius demonstrationem nisi aliqua que ex veritate huius principii depen
derent. ut ex predictis patet. sicut enim non est demonstrativum. scilicet simpliciter
tunc est argumentativum sive elenchicum et non demonstrativum. contra negantes
latendo sic habet quod in elenchi alii autem cum huiusmodi cum sit argumentum
ex et non demonstrativum. id est cum hic processus a minus notis ad
huiusmodi magis notum principium fiat causa alterius hominis qui hoc negat. tunc
poterit esse argumentum sive elenchus et non demonstrativum. scilicet sillogismus contra
dicentem enim. poterit enim esse quod id quod est minus notum simpliciter est
concessum ab adversario. ex quo poterit procedi ad predictum
principium ostendendum. quantum ad ipsum licet non simpliciter. Principium vero et cetera. hic
incipit elenchice disputare contra negantes predictum
principium. et dividitur in duas partes. primo disputat contra eos qui disputant
contradictoria simul esse vera. secundo contra illos qui dicunt quod contingit eam simul
esse falsa ibi. At vero contradictionis et cetera. circa primum duo facit. primo disputat
contra predictos errantes in communi. secundo ostendit quo in speciali sit disputandum
contra diversos ibi. Est autem non idem et cetera. prima in duas. primo disputat
contra rationem negantium predictum principium. secundo ostendit quod opinio prete
ritorum redditur cum predicta positione ibi. Est autem et ab eadem
positione et cetera. circa primum ponit septem rationes. quarum ordo distinguitur
secunda ibi. Amplius autem si contradictiones et cetera. tertia ibi. Amplius autem esse
ita se habet. quarta ibi. Amplius ergo quod quid. quinta et sexta et maxime
manifesta est. septima ibi. Amplius siquidem maxime. circa primum duo facit. primo ostendit
ex quo principio oporteat procedere contra negantes hoc principium. secundo
ex illo principio procedit ibi. Primum quidem manifestum et cetera. dicit ergo primo quod ad
contra talia in opinantia non oportet accipere pro principio aliquam propositionem
que assignet aliquid dici vel negari ab eo. hoc enim esset petere
principium ut predictum est. sed oportet accipere pro principio quod nomen signi
ficet aliquid et ipsi qui profert ipsum secundum quod se loqui intelligit et alii
qui eum audiunt. Si autem hoc non concedit tunc
talis non habebit propositionem. non secundum. neque cum alio. Videtur supra

non unum oppositum non potest suum oppositum. ergo negans non significet hoc non per
nunc quod significat vere nec per eam non potest oppositum. scilicet partium necessario quod non potest esse non significando.

cum eo cum eo disputante. sed si hoc dederit iam statim
demonstratio erit contra eum. statim enim invenietur aliquid diffinitum
vel determinatum quod per nomen significetur distinctum a suo contradictorio. ut infra
patebit. sed tamen hoc non erit demonstrans predictum principium simpliciter.
sed tantum erit ratio sustinens contra negantem. Ille enim qui destruit rationem
in sermone suum dando quod nomen nihil significet. et quod sustineat quod hic ipse
qui negat proferre non potest nisi loquendo et aliquid significando. Deinde
cum dicit. Primum quidem ergo et cetera. procedit ex dicta suppositione ad propositum ostendum
et primo singulariter in uno. secundo generaliter in omnibus. ibi. Amplius si homo et cetera. dicit
ergo primo quod si nomen aliquid significet. primo hoc erit manifestum. hoc propositio est vera et et contra
dicentem quod negare est falsam. et sic ad minus hoc habet quod non omnis
affirmatio est vera cum sua negatione. Deinde cum dicit. Amplius
si homo et cetera. ostendit universaliter de omnibus. scilicet quod contradictoria non sunt simul vera. et circa hoc
et facit primo ponit quedam que sunt necessaria ad propositum concludendum. secundo concludit
propositum. ibi. Necesse ergo. et probat quedam que supposuerat. ibi. Nam homo esse et cetera.
quarto excludit quandam cavillationem ibi. Si pendatur interrogatum
esse primo tamen facit. primo ostendit quod nomen unum significat. secundo ex hoc ulterius ostendit quod hoc nomen
homo significet id quod est homini esse. non autem id quod est non esse.
Non itaque contingit et cetera. dicit ergo primo quod homo et non homo non significat unum.
ibi. Si quidem significat et cetera. dicit ergo primo quod si homo significat aliquid unum sit hoc
unum animal bipes. hoc. Si hoc est quod quid est homo. hoc erit significatum
per hoc nomen homo. Si autem aliquis dicat quod nomen plura significat aut sig
nificabit finita aut infinita. Si autem finita nihil differt quantum ad quandam nullam
rationem ab eo quod ponitur unum significare. quia si significat multas rationes di
versarum rerum finitas singulis eorum possunt adaptari diversa
nomina. ut si homo significet multa rationum. eorum et ratio animal bipes propo
net unum nomen hanc rationem quod est homo. et si sunt plures alie rationes
ponentur alia plura nomina. dum tamen rationes ponentur. et ille sunt
finite. et sic rationibus quod nomen significet unum. Si autem nomen
non significet finitas rationes sed infinitas manifestum est quod nulla erit ratio sive
solutio sive disputatio. quod sic patet. quia quod est non significare unum non significare.
hoc sic plura nomina significant intelligere. Si ergo non intelligitur non
significatur. sed si non intelligitur unum non intelligitur. quia oportet quod in
tellectus hoc quod intelligit ab aliis distinguat. ergo si nomen non significat
unum non significat. sed si nomina non significant tolletur disputatio et
que est per verba. et quantum ad hoc. ergo patet quod si nomina infinita signifi
carent non erit ratio sive disputatio. sed si oportet intelligere unum. preter
eum non oportet quod nomen significet aliquid et quod significet unum.
Deinde cum dicit. Non itaque contingit et cetera. ostendit per hoc quod hoc nomen homo non significet
id quod non est homini esse. sed id quod est homo esse. nam esse non significat unum
non solum significat unum sed unum. quod idem dicitur unum quia de uno. sed id
quod est unum sicut. scilicet ratio. sic enim hic vellet dicere quod non significat unum
quia significat ea que significant de uno. sic sequitur quod musicum et al
bum et homo unum significarent. quoniam significarent de uno. et ex
hoc sequitur quod omnia essent unum. quia album dicitur de homine et simpliciter est
unum cum eo. et dicitur et de lapide est unum cum lapide. et quoniam
que eidem sunt eadem sibi invicem sunt eadem. vnde sequitur quod homo et la
pis sit unum. et unius rationis. et sequitur quod omnia non sint unius
unius rationis vel sinonima. secundum tertiam linguam. id est oratio id significans

re et ratione. Contrarius autem esse et non esse infinitum de eodem. si nomen
principium per quod tamen oportet quod aliquid. et hoc quod est esse homini. et hoc quod est non esse. sicut ad
est esse album et musicum. Contrarius de eodem infinitum. ergo patet quod esse
quod non esse non erit idem ratione et re. quod uno nomine significat unum
secundo est autem quod esse homo vel esse homo sive homo hic accipitur pro eo quod
est homo. ex hoc ergo concludit quod hoc quod dico homo non significat hoc quod dico
homo non esse sicut propositum rationem. sed quia dixit quod id non per plura
significat diversas rationes non subiungit per equivocationem ad deter
minandum quod homo univoce non significat esse hominem et non esse hominem.
sed equivoce per utrumque significat. ut si id quod nos vocamus hominem in una
lingua alii non hominem in alia lingua. non est enim disputatio si
id quod ratione negat esse et non esse sed si id per rem. Deinde cum dicit.
Si autem significat. probat et cetera. scilicet quod homo et non homo non significant talem rationem.
homo significat hic quod est esse hominem et quod est homo. non homo autem significat
non esse hominem et quicquid est non homo. Si ergo homo et non homo non
significant ad diversum. tunc id quod est esse homini non est diversum ab hoc
quod est non esse homo vel non esse homo. et tamen unum eorum predicabitur
de altero. et erit una ratio unius. Causa enim est duorum aliquod unum significare
intelligi quod significet rationem unam. sicut vestis et indumentum significant
esse hominem et non esse hominem sunt hoc modo unum. scilicet ratione unum
quid erit quod significabit id quod est esse hominem et id quod est
non esse hominem. Sed dictum est vel monstratum quod diversum non est quod si
gnificant utrumque. Omnium est enim quod hoc nomen homo significat esse hominem et non
significat non esse hominem. ergo patet quod esse hominem et non esse hominem non sunt
unum secundum rationem. sic patet propositum. quod homo et non homo diversum significat.
Deinde cum dicit. Necesse itaque et cetera. ostendit principaliter propositum
ex positionibus suppositis talibus rationibus. Necesse est quod homo sit animal bipes.
per propositum ex primis. hec est enim ratio quam hoc nomen significat. sed quod necesse
est esse non contingit non esse. hoc enim significat necessarium. scilicet non possibile non esse. vel
non contingere non esse. vel impossibile non esse. ergo impossibile est sive non con
tingere vel non possibile hominem non esse animal bipes. sic ideo patet ergo quod non contingit
utraque verum esse de homine affirmationem que negationem. scilicet quod sit animal bi
pes. sic patet ergo quod non contingit utrumque verum esse de homine affirmationem
et negationem. scilicet quod sit animal bipes et quod non sit animal bipes. et
eadem ratio est ex significationibus nominum supra positum acceperit de non homine.
quia necesse est non hominem esse non animal bipes. eadem autem que supra minime
tamen sunt valet ad propositum. si concederetur quod homo et non homo idem significa
verunt. vel quod hoc nomen homo significet esse hominem et non esse hominem.
possunt adversarii negare. licet necesse est hominem animal bipes quod
non esse animal bipes. sed hec nomina homo et non homo idem significarent. vel
si hoc nomen homo utrumque significaret. scilicet id quod est esse hominem et id quod est non esse
hominem. Deinde cum dicit. Nam hominem esse et cetera. hic probat quod supposuerat
scilicet ad probandum autem quod hoc nomen homo non significat id quod
est non esse hominem. assumpsit quod id quod est esse hominem et id quod est non
esse hominem sunt diversa. quamvis verificentur de eodem. et hoc idem
dicit per talem rationem. Magis opponuntur esse hominem et non esse hominem
quam homo et album. sed homo et album sunt diversa secundum rationem. ergo multo magis
hoc. Si enim omnia que dicuntur de eodem unum sunt secundum rationem et significantur uno
nomine sequitur quod omnia sunt unum. sicut supra dictum est et expositum.

Si ergo non convenit id quod dictum est, scilicet quod esse hominem et non esse hominem sunt divisa, et propter hoc sequitur ulterius convenire super dictum, scilicet quod homo sit animal bipes, et quod impossibile est ipsum esse non animal bipes. Deinde cum dicit: Respondere interrogatum etc. excludit quandam cavillationem per quam predictus processus posset impediri. Posset enim aliquis cavillari interrogatus an necesse sit hominem esse animal bipes non respondere affirmationem vel negationem, sed dicere necesse est hominem esse animal bipes quando est animal bipes. Hanc excludit hic philosophus dicens quod [illegible] secundum dum non velit respondere ad interrogationem simpliciter. Si autem interrogatum simpliciter de affirmatione velit addere negationem in illa responsione, ut dictum est, non ad interrogata respondet, quia sic plures sunt una et eadem res esse hominis et albi et mille alia. Hoc tamen si quis velit sic respondere est impossibile, id quod uno nomine significatur et non sit addendum omnia accidentia. Si quis ita velit hoc sic homo respondendum est simpliciter quod est homo et non est addendum quod est homo albus et magnus et talia, quia alia omnia que ei accidunt aut similiter respondentur aut nullius. Omnia similiter non possent cum sint infinita. Infinita enim ei accidunt ad minus per locum ad infinita antecedentia et consequentia et infinita non est pertransire in responsione. Ergo nullius eorum quod accidunt que est respondendum sed solum quod queritur. Ergo supposito nullius quod sit idem homo et non homo, cum tamen queritur de homine non est respondendum de non homine, nec respondendum an et quod possit homo accidere. Si enim hoc fieret non esset disputatio, quia numquam quod completa responsio, cum impossibile sit infinita pertransire.

Deinde cum dicit: Oratio hoc destruit etc. postquam probavit quod sunt [illegible] ex quo predicatum simul et accidens que talis est. Si affirmatio et negatio verificantur de eodem, sequitur quod nihil predicabitur in quid sive substantialiter, sed solum per accidens, et sic in predicatione per accidens est procedere in infinitum. Sed hoc est impossibile. Ergo et primum. Hanc rationem dicit [illegible] post contradictionem et [illegible] plures causa [illegible] plures destructionem omnis. Si vero de factis etc. [illegible] dicit quod illi qui hoc dicunt, scilicet affirmationem et negationem simul esse veras, oratione destruunt substantiam, id est substantiale predicatum et quod quid erat esse, id est quod predicatum [illegible] quod [illegible] dicere quod de accidente per accidens predicatur [illegible] et quod non sit hominem esse aut animal esse, id est quod sit quod significet quid est homo aut quid est animal, sic plures [illegible]. Si aliquid est quod est homo esse [illegible] substantialiter. Sed hoc predicatum id non erit non esse hominem, non erit esse non hominem. Hic autem quod est esse hominem sunt predicate due negationes, scilicet non esse hominem vel esse non hominem. [illegible] ergo quod si aliquid sit quod non est homo vel quod est non homo, quod affirmatio et negatio non verificantur de eodem [illegible] quod est esse hominem non verificatur non esse non hominem vel non esse hominem contradictio [illegible], scilicet quod si aliquid sit quod est homo quod idem non sit non esse hominem vel esse non hominem, sic plures propositionum est de pluribus, quod hoc quod significat non est substantia rei et quod quid est rei. Unde patet quod aliquid significet substantiam rei et quod id quod significat cum non sit aliquid aliud a substantia rei. Si ergo id quod est esse hominem sunt quod quid est homo fuit vel non esse hominem vel esse non hominem, constat per esse quod aliquid aliud [illegible] oportet dicere quod non sit diffinitio significans quod quid est esse rei. Sed sequitur ex hoc quod de predicentur per accidens si est distinguere substantiam ab accidente, id est predicatum substantiale ab accidentali, quia unumquodque est vere id quod predicatur de eo, habet de eo, et tamen non potest id quod predicatur substantialiter esse non unum, quia que [illegible] res non est non una. Sed homo predicatur albus quia album vel albus accidit ei, non autem ita quod sit id quod vere est album vel album. Unde non oportet quod id quod predicatur per accidens sit unum tantum. Sed multa possunt per accidens predicari; substantiale predicatum est unum tantum, et sic patet quod id est esse homo quod non est non esse hominem. Si autem utrumque fuerit idem substantiale predicatum non erit unum tantum et sic non erit substantiale sed accidentale.

Deinde cum dicit: Si vero omnia de per accidens etc. destruit omnis [illegible] hoc esse impossibile quod aliquid non predicetur substantialiter sed omnia accidentaliter, quia si omnia per accidens predicantur non erit aliquid quod predicatur universale. Dicitur autem hoc per universale sive in posterioribus, scilicet quod predicatur de aliquo per se et secundum quod ipsum. Hoc autem est impossibile, quia si semper aliquid predicatur de alio per accidens, oportet quod accidentalis predicatio procedat in infinitum, quod est impossibile. Accidentalis predicatio est accidentalis non complectitur nisi duos modos. Unus modus est secundum quod accidens de accidente predicatur per accidens, et hoc ideo quia ambo eidem subiecto accidunt, sicut album predicatur de musico et econverso, quia ambo accidunt homini. Alius modus est quo accidens predicatur de subiecto, scilicet Sortes dicitur musicus, non quia ambo accidunt alicui subiecto, sed quia unum eorum accidit alteri. Cum ergo sint duo modi predicationis per accidens, in neutro contingit esse predicationem in infinitum. Constat enim quod illo modo quo accidens predicatur de subiecto vel de accidente non contingit abire in infinitum in infinitum, quia oportet devenire ad subiectum. Iam enim dictum est quod hec est ratio predicationis huius, quia ambo predicantur de uno subiecto, et sic descendendo a predicato ad subiectum contingit venire per [illegible] ipsum subiectum. Sed in illo modo predicationis per accidens quo accidens predicatur de subiecto, ut cum dicitur Sortes est albus, non contingit abire in infinitum in superius ascendendo a subiecto ad predicatum, ita ut dicatur quod Sortes accidit album et quod Sorti albo accidit aliud. Hoc enim non potest esse nisi duobus modis. Uno modo quod ex albo et Sorte fiat unum, et sic sit Sortes est unum subiectum albedinis, sicut Sortes albus est subiectum alterius accidentis. Hoc autem non potest esse, quia non fit ad unum ex quibuscumque predicatis; ex subiecto et accidente non fit unum simpliciter, sicut fit unum ex genere et differentia. Unde non potest dici quod Sortes albus sit unum subiectum. Alius modus esset quod sicut Sortes est subiectum albi, ita ipsi albo insit aliquid aliud accidens, ut musicum. Sed hoc quidem esse non potest propter duo. Primo quia non erit aliqua ratio quare magis musicum dicitur accidere albo quam econverso. Unde non erit ordo inter album et musicum, sed econverso respicient se ad invicem. Secundo quia similiter cum hic diffinitum est vel determinatum quod est modus alius predicationis per accidens, in quo accidens predicatur de accidente, ab illo modo quo accidens predicatur de subiecto, ut musicum de Sorte. In alio autem modo de quo nunc loquimur dicitur per predicationem accidentis, quia accidens predicatur [illegible], sed in illo modo de quo prius locuti sumus. Sed ergo manifestum est quod in accidentali predicatione

/: non
/: y accid[illegible]

non est abire in infinitum. Quia per patet quod non de pluribus per accidens [illegible] et ultimo quod contradictiones non verificantur erit ad signis substantiam, et ultimo quod contradictiones non verificantur de eodem. Secundum autem est contra predictam rationem, quod licet accidens non sit subiectum alterius, tamen non sit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem subiecti, est tamen ordo quantum ad rationem cause et causati. Nam unumquodque accidens est causa alterius, sicut calidum et humidum dulcis, et sic superficies coloris subiectum, non per hoc quod subiciatur uni accidenti est susceptivum alterius.

Deinde cum dicit: Amplius si contradictiones etc. ponit rationem que sumitur ex uno et diviso, et est ratio talis. Si affirmatio et negatio verificantur simul de eodem, omnia sunt unum. Hoc autem est falsum. Ergo et primum. [illegible] hanc rationem [illegible] per propositionem conditionalem et explicat, quia scilicet sequitur si contradictiones simul verificantur de eodem quod idem esset triremis, id est navis habens tres ordines remorum, et murus et homo. Secundo cum dicit: Quemadmodum enim necesse etc. ostendit quod hoc inconveniens sequitur ad duas antiquorum positiones. Primo ad opinionem Protagore, qui dicebat quod quicquid alicui videtur hoc totum est verum, quia si alicui videtur quod homo non sit triremis non erit triremis, et si alii videtur quod sit triremis erit triremis. Erit ergo contradictio [illegible] ad opinionem Anaxagore, qui dicebat omnes res simul esse, quod nulla est una ab aliis determinata, sed omnia sunt unum in quadam confusione. Dicebat enim quod quodlibet sit in quolibet, sicut in primo Physicorum ostensum est, quod ideo accidebat quia ipse loquebatur de ente indeterminato, id est quod non est determinatum actu. Quod cum putaret loqui de ente perfecto, loquebatur de non ente. Loquebatur enim de ente in potentia, sicut infra patebit. Quod autem est in potentia et non endelechia, id est actu, est indistinctum. Potentia enim non sit nisi per actum.

anaxa.

Tertio cum dicit: At vero dicenda etc. probat principale propositum esse verum. Et primo quantum ad [illegible] ad hoc quod dicebatur [illegible] verum erunt. Secundo quantum ad hoc quod affirmationes a suis negationibus non distinguerentur in veritate et falsitate, ibi: Et quia non est necesse etc. Dicit ergo primo quod per [illegible] eadem suppositione, ex quo ponunt affirmationem et negationem simul de eodem verificari, quod de quolibet est affirmatio et negatio vera. Constat enim quod de uno quolibet magis videtur propria negatio alterius rei quam negatio propria. [illegible] si ac [illegible] sua negatio et non inesset negatio alterius propositionis significans quod illa res non inest ei. Sicut si verum est dicere quod homo non est homo, multo magis est verum dicere quod homo non est triremis. Patet ergo quod de quocumque non necesse est propria negatio, quia aut predicatur de eo affirmatio et in proportione predicatur negatio illius magis quam negatio propria. Sicut si triremis si predicatur de homine, predicatur de eo non triremis multo magis quam non homo. Sed ipsa negatio propria predicatur, quia homo est non homo. Ergo et non triremis predicabitur de eo, ut dicatur quod homo non est triremis. Sed si predicatur necessario affirmatio predicabitur, cum simul verificentur. Ergo necesse est quod homo sit triremis, et eadem ratione quelibet alia, et sic omnia erunt unum. Hoc ergo concludit hanc positionem, scilicet quod contradictiones verificentur de eodem.

Deinde cum dicit: Et quia non est etc. deducit ad aliud inconveniens, ut scilicet non distinguatur negatio ab affirmatione in veritate et falsitate, sed utraque sit falsa. Dicit ergo quod non solum predictum inconveniens sequitur ad predictam positionem, sed etiam sequitur quod non sit necessarium affirmare vel negare, id est quod si sit necessarium affirmationem et negationem esse veras, sed contingit utramque esse falsam. Et sic non erit distantia inter verum et falsum, quod sic probat. Si verum sit quod aliquid sit homo et non homo, verum est quod idem non erit homo nec erit non homo. Et hoc sic patet. Horum enim duorum que sunt homo et non homo sunt due negationes, scilicet non homo et non non homo. Si autem ex predictis duobus fiat una propositio, ut dicatur Sortes non est homo nec non homo, sic sequitur quod nec affirmatio nec negatio sit vera, sed utraque falsa.

Deinde cum dicit: Amplius et cetera etc. postquam [illegible] rationem que sumitur ex certitudine cognitionis, et est talis. Si affirmatio et negatio simul verificantur, aut ita est in omnibus aut est ita in quibusdam et in quibusdam non. Si autem non est in omnibus, illa in quibus non est verum erunt confesse, id est simpliciter et absolute concedende. Vel erit certe, id est certitudinaliter vere secundum aliam translationem, ut si in eis erit vera negatio quod affirmatio erit falsa vel econverso. Si autem hoc est verum in omnibus quod contradictiones verificentur de eodem, hoc contingit dupliciter. Uno modo quod de quibuscumque sunt vere affirmationes sint vere negationes et econverso. Alio modo ut de quibuscumque sunt vere affirmationes sint vere negationes et non econverso. Et si hoc sit sic, hoc inconveniens quod aliquid non sit [illegible] vel certitudinaliter erit non ens, quod erit firma opinio quod scilicet est determinatum. Et hoc ideo quia negativa semper est vera, eo quod quandocumque est affirmativa vera est et negativa vera. Non autem affirmativa semper erit vera, quia positum est quod non de quibuscumque est vera negativa sit vera affirmativa. Et negativa erit firmior et certior quam affirmativa, quod videtur esse falsum, quia dato quod non esse sit certum et notum, tamen semper erit notior affirmatio quam negatio ei opposita, quia veritas negative semper dependet a veritate affirmative. Unde nulla conclusio negativa infertur nisi in premissis sit aliqua affirmativa. Secundo affirmatio non plus erit nota.

Si autem dicatur quod non, scilicet quod sicut de quibuscumque est affirmatio vera de eis est negatio, sic de quibuscumque est negatio vera de eis est affirmatio vera, ut scilicet affirmatio et negatio convertantur, hoc contingit dupliciter. Quia si affirmatio et negatio semper sunt simul vere, aut erit divisim dicere de utraque quod vera, verbi gratia quod divisim dicere quod hec est vera homo est albus et iterum hec est vera homo non est albus, aut non est divisim dicere utramque veram, sed solum coniunctim, ut dicamus quod hec copulativa sit vera homo est albus et homo non est albus. Et si quis dicat hoc secundo modo, ut scilicet non sit utraque illarum divisim sed solum coniunctim, tunc sequuntur duo inconvenientia, quorum primum est quod non dicet ea, id est non asseret nec affirmationem nec negationem, et quod ambe erunt nihil, id est quod ambe sunt false, vel secundum aliam translationem et non est nihil, [illegible] quod nihil sit verum nec affirmatio vel negatio, et si nihil est verum nihil potest dici vel intelligi. Quod enim [illegible] pronuntiabit vel intelliget non ens [illegible] quod dicat nullo modo sint in rerum natura, quia sequitur quod omnia sunt unum, quod in propositione rationis est dictum, scilicet quod sit idem homo et deus et triremis et contradictiones eorum, scilicet quod non homo et non deus et non triremis, quod sic patet, quia si affirmatio et negatio similiter dicuntur de unoquoque, tunc nihil differt unum ab alio. Si enim ab alio differret, oportet quod aliquid diceretur de uno quod non diceretur de alio, et sic sequeretur quod aliquid esset verum determinate et proprium huic rei quod non conveniret alii, et sic non de quolibet verificaretur affirmatio vel negatio. Constat autem quod ea que nullo modo differunt sunt unum. Et ita sequitur omnia unum esse.

Si autem dicatur secundo modo, scilicet quod non solum coniunctim est verum sed etiam divisim dicere affirmationem et negationem, sed in divisione utrumque [illegible], quorum unum est quod hec po[illegible]

/: sit deinceps

/: vera

30

tremoris

de cantate

socios

sapiens

non est

dolere

dispositionis

similitudines

eo quod non est iuxta opinionem vel iuxta orationem profert si hoc enunciat. Sed id quod mutatur dum mutatur non est nec id ad quod mutatur nec id ex quo mutatur. Ergo ad verum prius dicitur de eo quod mutatur. Sic ergo possumus dicere contra predictam rationem vel orationem i. opinionem dicentem quod de eo quod mutatur non prius verum dici quam permutatur. i. quod mutatur quando permutatur. i. quoniam permutatur habet quandam orationem vel rationem veram eius i. secundum predictam opinionem. scilicet non existimare esse i. quod non existimemus aliquid eis inesse. Secundam rationem posuit ibi. Aliquid dubitationis et cetera que talis est. omne quod permutatur habet iam aliquid de termino ad quem permutatur. quia quod mutatur dum mutatur partim est in termino ad quem et partim in termino a quo. ut probatur in vi. phisicorum. vel saltem terminum abiciens habet aliquid eius quod abicit. et ex hoc datur intelligi quod in eo quod movetur fit aliquid de termino a quo. quia quod dum aliquid movetur tamen aliquid abicit. non autem abicit nisi aliquid ei inesset. subiecte motus et fieri i. ei quod fit necesse est aliquid esse. quia omne quod fit fiebat ut probatur vi. phisicorum. patet igitur quod si aliquid corrumpitur quod aliquid adhuc adsit. quia si omnino non esset iam esset omnino incorruptum esse et non in corrumpi. Similiter autem si aliquid generatur oportet quod sit materia ex qua generatur et agens a quo generatur, et si dicatur quod illa materia vel agens generatur et agens similiter. hoc non est possibile procedere in infinitum. quia ut probatur in secundo metaphysice nec in causis materialibus nec in agentibus in infinitum procedere. Solutio ergo est maxime dubio contra eos qui dicunt quod de eo quod movetur non potest verum dici. tamen quia quod movetur et generatur est aliquid de termino ad quem. tamen quia in eo quod corrumpitur est aliquid de termino a quo. tamen quia in omni generatione et motu oportet ponere aliquid ingenitum et immobile ex parte materie et agentis. Tertiam rationem posuit ibi. Sed hi pretermittentes et cetera. Dicit contra eos. Ad eam ex qua opinione suppeserunt quod omnia sensibilia semper moventur. motum sunt et ad hoc considerantes ex his que augentur. Videtur enim quod aliquid per minimum crescat secundum quantitatem. et quia est videret quod motus augmenti sit continuus posuerunt quod quantitas secundum quam attenditur augmentum dividatur proportionaliter secundum partes temporis. ita quod in qualibet parte temporis fieret augmentum alicuius quantitatis cuius proportio esset ad totam quantitatem sicut proportio partis temporis ad totum tempus. unde cum iste motus sit insensibilis existimaverunt similiter quod alia que videntur quiescere moveantur motu insensibili. Contra quod illorum qui permiserunt illa que dicta sunt patet quod non est idem motus secundum quantitatem et secundum qualitatem vel formam. et quamvis concedamus eis quod motus secundum quantitatem sit continuus in rebus et quod omnia hoc motu semper insensibiliter moveantur, tamen secundum qualitatem vel formam non oportet quod propter hoc semper omnia moveantur. et ita potius habemus cognitionem de rebus determinatam. quia res magis cognoscitur per suam speciem quam per suam quantitatem. Quartam rationem posuit ibi. Amplius autem dignum est dicere. quod dignum est renuere sive increpare sic recipientes i. opinantes scilicet quod omnia sensibilia sunt semper in motu. propter quod paucorum sensibilium numerum invenerunt sic se habentes, cum tamen plura sensibilia immobilia sint non quantum ad motum localem. constat enim quod sola sensibilia que sunt hic circa nos in spera activorum et passivorum sunt in generatione et corruptione. hic autem locus est quasi nullus respectu universi. nam tota terra non habet sensibilem quantitatem respectu supreme spere, ut se habet ad eam sicut ad centrum. sicut astrologi probant per hoc quod semper vi. signa zodiaci super terram apparent. quod non esset si terra aliquam partem celi sensibiliter notabilem a nobis occultaret. Stultum est ergo sententiam de toto universo ferre propter sensibilia que videntur propter paucorum sensibilium; immo potius condemnare eos si totum universum sensibilium iudicant secundum motus celestium corporum que multum excedunt alia in quantitate. Quintam rationem posuit ibi. Amplius autem palam et cetera. dicens quod contra hos dicta sunt ea que supra sunt determinata; scilicet quod aliquid est immobile scilicet non per motum sicut probatum est in viii. phisicorum et hoc est contra eos qui dicunt contradictoria de eodem. sicut aliqui probant etiam non est verum quod omnia sint semper in motu et quod nihil verum de aliquo possit dici. Et vi. rationem posuit ibi. Et quod contra dicentes quod etiam posito quod ponunt omnia moveri, repugnat positio eorum rationi qua ponunt contradictionem dici simul verificari de eodem. quia si aliquid simul est et non est, magis sequitur quod omnia quiescant quam quod omnia moveantur. nihil enim permutatur ad hoc quod iam inest ei. sicut quod iam est album non mutatur ad album. Si autem idem contingit simul esse et non esse, omnia inessent omnibus ut supra probatum est. quia omnia sic sunt unum; et non erit in quo possit aliquid permutari. De veritate vero et cetera. hic incipit procedere contra ipsam rationem de veritate apparentium, et circa hoc duo facit. primo ponit hanc opinionem. secundo inducit rationes contra eam ibi. quid igitur et cetera. Circa primum duo facit. primo disputat contra illos qui predictam positionem propter aliquam rationem vel dubitationem posuerunt. secundo contra protervientes ibi. Sunt autem quidam. Prima pars. vii. rationes. [struck through] Quarum prima est quia non omnia sensibilia... sed de veritate quod non omne apparens sit verum, considerandum est quorum primum est quia sensus non est falsus circa proprium obiectum sed fantasia que non est idem sensui. quasi dicat. diversitates videntur que dant de sensibus non proveniunt ex sensu. sed ex fantasia ad quam propter aliquod impedimentum non recte perveniunt acceptiones sensuum. fantasia autem non est eadem sensui ut probatur secundo de anima. sed est motus factus a sensu secundum actum. unde quod ipsi attribuunt sensui propter diversitatem in dispositione, propter quam videtur aliquis iudicare contrarium de hoc de quo alius vere sentiat, non convenienter faciunt. alia translatio melius habet et sic propter quam neque sensus falsus proprie est sed fantasia non idem est sensui. quasi dicat quod nullus sensus de proprio obiecto decipitur sicut visus non decipitur de coloribus. ex quo patet quod iudicium sensus de sensibili proprio est certum et determinatum. unde oportet certam determinatam esse veritatem in rebus. et si obiciatur quod aliquando circa sensibilia propria error accidit, respondet quod hoc non est ex sensu sed ex fantasia propter indispositionem quandam organi per quam id quod per sensum accipitur aliter ad ipsam pervenit quam sensus percipiat. sicut patet in freneticis in quibus organum fantasie est lesum.

Secundam rationem posuit cum dicit. Dignum vero dignum est mirari. et quia dicit dignum est mirari si aliquis de hoc miratur quod interius dubitatur utrum tante magnitudines et tales colores sint quales videntur a remotis vel quales videntur a propinquis. quasi dicat per se notum est quod visus propinquas magnitudines iudicat tales esse quales sunt. a remotis autem minores quam sint. quia que a remotis videntur minora ut in prospectiva probatur. Et simile si quis dubitet utrum colores sint tales colores quales videntur a remotis vel quales a propinquo. Constat enim quod virtus agentis quanto magis procedit in remotum porrigi agendo tanto deficientior eius invenitur effectus. Ignis enim minus calefacit quod distat quam quod est prope. Unde et color corporis sensati non ita immutat perfecte in remoto et in propinquo dyaphonum. et propter hoc verius est iudicium sensus de coloribus in propinquo quam in remoto. Et simile est si quis dubitet utrum aliqua talia sint qualia videntur laborantibus i. infirmis, aut qualia videntur sanis. Sani enim habent organa sensuum bene disposita et ideo species sensibilium in eis recipiuntur prout sunt. et propter hoc verum est iudicium sanorum de sensibilibus. organa autem infirmorum sunt indisposita unde non convenienter immutantur a sensibilibus. et propter hoc eorum iudicium de eis non est rectum ut patet in gustu cuius organum quia in infirmis corruptis humoribus est infectum, ea que sunt boni saporis eis insipida videntur. Et iterum simile est ut pondera sint ita gravia sicut videntur debilibus vel sicut videntur robustis. Constat enim quod robusti de ponderibus iudicant secundum quod sunt. non autem ita est de debilibus in quibus difficultas ad sustinendum pondus non solum provenit ex magnitudine ponderis quemadmodum in robustis, sed etiam ex paucitate virtutis. unde etiam parva pondera magna eis videntur. Simile si aliquis dubitat utrum veritas sic se habeat sicut videtur dormientibus aut sicut videtur vigilantibus. In dormientibus enim ligati sunt sensus, et ideo iudicium eorum de sensibilibus non potest esse liberum sicut est iudicium vigilantium quorum sensus sunt soluti. Quod autem dictum est quod mirandum est si dubitant, quia ex eorum actibus apparet quod non dubitant nec existimant quod predicta videntur equaliter esse vera. Si enim aliquis existens in libia in sompnis se videt esse athenis, a sompno surgens non tamen vadit ad opera que operaretur si vigilans hoc percepisset. sicut est forte iret ad odium i. ad locum quemdam qui est athenis si vigilans se athenis esse videret. quod non facit si hoc sopitus viderit. ergo patet quod non putat similiter esse verum quod videtur dormienti et vigilanti. Similiter patet argui de aliis quos premisit. licet enim verbotenus de talibus querant tamen de eis in mente non dubitant. unde patet rationem esse nullam qua probabat omne quod videtur esse verum. hec enim probabat quia diversarum opinionum non est accipere que verior sit. sic secundum prohibitum est. Tertiam rationem posuit ibi. Amplius autem de futuro. dicens quod de futuris sicut ipse Plato dicebat non similiter propria est i. principalis existima et vera et digna credendi opinio medici et ignorantis medicinam. sicut de hoc futuro quod est infirmatum sanari vel non sanari. nam medicus qui scit causam sanitatis per artem potest signa sanitatis future percipere que nescit ignarus medicine igitur. unde patet quod stulta est opinio que dicit omnes opiniones equaliter esse veras. Quartam rationem posuit ibi. Amplius autem et cetera. dicens quod in sensibus non est similiter propria i. vera et digna iudicium sensus de alieno sensibili et de proprio. sicut visus non similiter iudicat de coloribus et gustus. sed credendum est quod de coloribus iudicat visus. et de chimis i. saporibus iudicat gustus. unde si visus iudicaret aliquid esse dulce et gustus iudicet idem principaliter esse amarum, credendum est magis gustui quam visui. et similiter quod non est equaliter ponderandum iudicium sensus de proprio sensibili et de eo quod est proprio propinquum. propinqua autem sunt propriis sensibilibus hic dicuntur sensibilia communia ut magnitudo numerus et huiusmodi que magis decipi possunt quam esse sensibilia propria. minus tamen quam esse sensibilia alia per accidens. vel esse ea que sunt sensibilia per accidens. et ita patet quod stultum est dicere omnia videri equaliter esse vera. Quintam rationem posuit ibi. Quorum unusquisque in eodem tempore. dicens quod nullus sensus in eodem tempore similiter dicit esse idem in se habere et non habere. in eodem enim tempore non dicit visus aliquid esse album et non album. nec bicubitum et non bicubitum, nec dulce et non dulce. sed quod visus in diversis temporibus videatur videri sibi opposita de eodem diiudicare. numquam tamen dubitatio accidit ex iudicio sensus circa passionem ipsam sensibilem, sed circa passionis subiectum. verbi gratia de eodem subiecto scilicet vino gustus quandoque dicit quod est dulce et quandoque quod non est dulce. quod provenit vel propter mutationem ipsius vini corporis sensibilis in se, quod contingit in eo ex [illegible] humoribus; et sic quandoque generatur ei non dulce videtur. vel propter mutationem ipsius vini. sed numquam gustus mutat iudicium suum quin ipsam dulcedinem talem iudicet esse qualem percipiendo in dulci quando iudicavit eam esse dulcem. sed de ipsa dulcedine semper verum dicit gustus et cum eodem modo. unde si iudicium sensus est verum sicut ipsi ponunt, sequitur quod natura dulcis ex necessitate sit talis; et sic aliquid erit determinatum verum in rebus. sequitur etiam quod numquam affirmatio vel negatio sit simul vera. quia numquam sensus simul dicit aliquid esse dulce et non dulce ut est dictum. Et vi. rationem posuit ibi. Quamvis hee rationes et cetera. dicens quod predicte rationes vel opiniones sicut auferunt omnia predicta necessaria ... sequitur quod non dabitur predicere substantialiter aut necessarie. et quod non substantialiter ex supra patet. quod autem non necessarie sic probatur. quia necesse est quod non contingit aliter se habere. si igitur omne quod est sic vel aliter, secundum eos qui dicunt contradictoria simul esse vera et opposita opiniones, sequitur quod nihil sit necesse in rebus. Septimam rationem posuit ibi. Totaliter quia si est sensibile tantum. que talis est. Si omne apparens est verum, non autem est aliquid apparens nisi ex hoc ipso quod est apparens sensui, sequitur quod nihil est nisi quod sensibile est in actu. sed si solum sic aliquid est, scilicet inquantum est sensibile, sequitur quod nihil esset si non essent sensus. et propter hoc si non essent animata vel animalia. hoc autem est impossibile. nam hoc potest esse verum quod sensibilia inquantum sensibilia sunt i. secundum quod accipiuntur prout sensibilia sunt in actu quod non sunt sine sensibus. sunt enim sensibilia in actu secundum quod sunt in sensu. et secundum hoc sensibile esse sensibile in actu est quedam passio sentientis que non potest esse si sentientia non sint. sed quod ipsa sensibilia que faciunt hanc passionem in sensu non sint, hoc est impossibile. quod sic patet. in eo enim est positio non removet se. sed res faciens passionem in sensu non est ipsemet sensus, quia sensus non est sui ipsius sed alterius quod oportet esse prius sensu. sicut movens prius moto naturaliter est. visus enim non videt se sed colorem. et si contra hoc dicatur quod sensibile et sensus sunt relativa ad invicem dicta, et sic simul natura. et ita ex remoto uno interimitur aliud. nihilominus sequitur propositum. quia sensibile in potentia non dicitur relative ad sensum quasi ad ipsum referatur. sed quia sensus refertur ad ipsum ut dicitur in v. huius. patet ergo quod impossibile est dicere quod ex hoc

nota per [illegible] nota [illegible]

Alia / ut secundum consensum [illegible] ita auferunt omnia predicta

sunt aqua vel aer. Propter quod similiter apparentia quae ponuntur illi qui ponit sunt apparentia esse vera, ut ex praedictis patet. Deinde cum dicit *Sunt autem quidam*. Disputat contra illos qui praedictam positionem non ex ratione sed ex protervia susceperunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter isti moveantur ad huiusmodi opinionem ponendam. Secundo ostendit qualiter eis resistendum sit, ibi *In sermone autem etc.* Dicit ergo primo quod praeter praedictos qui in praedictam opinionem ex quibusdam dubitationibus inciderunt, sunt aliqui qui interrogant persuasores istarum opinionum, id est deceptores, ut eos in deceptione retineant, quaerentes utrum has solas rationes habeant ad suam opinionem confirmandam. Circa translationem habet: Sunt autem quidam qui confirmant ut sint dubitantes huiusmodi persuasorum rationes solum dicentium. Et est sensus quod quidam deceptorum qui praedictam opinionem tenent has solas dubitationes tenent et his rationibus moventur quae iam dictae sunt. Si enim dicatur eis quod inter contrarias opiniones credendum est magis sanis quam infirmis et sapientibus quam ignorantibus et vigilantibus quam dormientibus, ipsi interrogando quaerunt quomodo possit diiudicari per certitudinem sanus ab infirmo et vigilans a dormiente et sapiens a stulto, et universaliter in omnibus diversitatibus opinionum quomodo possit discerni quis illorum iudicat recte in omnibus, cum quibusdam videantur aliqui esse sapientes qui aliis videntur stulti et sic de aliis. Sed huiusmodi dubitationes stultae sunt. Similes enim sunt illi dubitationi qua dubitatur utrum nunc dormiamus aut vigilemus. Horum enim omnium distinctio per se nota est. Omnes autem dubitationes praedictae idem valent, quia ex eodem radice procedunt. Volunt enim isti sophistae quod omnium possit accipi ratio demonstrationis. Patet enim quod ipsi quaerebant accipere aliquod principium quod esset eis quasi regula ad discernendum inter infirmum et sanum, inter vigilantem et dormientem. Nec erant contenti huiusmodi regulam scire, sed eam volebant per demonstrationem accipere. Et quod ipsi decepti sint manifestum est in eorum actibus secundum quod dictum est, ex quibus apparet quod positio eorum falsa sit. Nam si aeque esset efficax iudicium dormientis et vigilantis, eadem sequerentur in actibus hominum ex utroque iudicio, quod patet esse falsum. Alia littera habet quam quod non persuasi; et habet continentiam cum praemissis. Ipsi enim licet hoc ponant ore, tamen non habent in mente. Et hoc dicit per hoc quod credant similiter esse vera iudicia dormientium et vigilantium, quod ex eorum actibus patet, ut dictum est. Sed quamvis non sint decepti ut in hoc dubitent, haec tamen est passio eorum, id est infirmitas mentis, quod quaerunt rationem demonstrativam eorum quorum non est demonstratio. Nam principium demonstrationis non est demonstratio, id est non demonstratur. Et ideo demonstratum esse non per hoc est eis facile ad credendum, quia non est hoc difficile sumere per demonstrationem. Ratio autem demonstrata probat quod non omnia demonstrari possunt, quia sic esset abire in infinitum. Deinde cum dicit *In sermone autem etc. quaerunt*. Disputat contra istos ultimos et contra alios quos nec hic ratio movet ad ponendum opinionem praedictam. Et est sensus quod non quaerunt per demonstrationem accipi principium per quod certitudinaliter possit inter iudicantes recte et non recte iudicari, sed solum ex quadam protervia praedictam positionem ponunt. Et contra

[margin: regula]

[margin: dicerem]

hi tamen sunt etc. Primo dicit quod tales protervientes intendunt. Secundo qualiter resistendum est eis, ibi *Apparent* id est *Si autem non omnia*. Tertio qualiter eis obviandum sit, ibi *Et sic praedictum est etc.* Dicit ergo primo quod illi qui quaerunt vim in solo verbo, id est qui non moventur ex aliqua ratione nec propter difficultatem alicuius dubitationis, nec propter defectum demonstrationis, sed solum verbo innituntur et credunt quod omnia possint dicere quae improbari non possunt, isti tales quaerunt ducere ad impossibile. Volunt enim ad hoc ducere quod contraria sint simul vera, per hoc quod omnia apparentia sunt vera. Deinde cum dicit *Si autem non omnia*. Docet ex eorum positione eis resistere et praedictum inconveniens evitare. Dicit quod si non ponant omnia quae sunt esse ad aliquid, non poterunt dicere quod omne apparens sit verum. Si enim sunt quaedam in rebus quae habent esse absolutum, non per relationem ad sensum vel opinionem, non idem erit eis esse quod apparere. Hoc enim dicit relationem ad sensum, quia apparens alicui apparet. Et ita oportebit quod non omne apparens sit verum. Patet igitur quod quicumque dicit omnia apparentia esse vera facit omnia entia esse ad aliquid, scilicet in respectu ad opinionem vel sensum. Et ideo contra praedictos sophistas qui quaerunt in oratione sua dignum eis dare orationem, id est concedere hanc positionem quam ipsi ponunt, custodiendum sive observandum est eis ne deducant ad concedendum contradictoria simul esse vera, quia non est verum absolute quod omne apparens est verum, sed quod apparet est verum cui apparet et quando apparet et secundum quod apparet. Hoc enim licitum est nobis apponere ex quo res non habet esse absolutum sed relativum tantum. Id autem hoc observandum est volentibus hanc positionem concedere, quia si aliquis concedit eis quod omne apparens est verum et non ita concedit cum praedictis determinationibus, sic dictum est sequitur statim contraria simul esse vera. Contingit enim quod idem secundum visum videtur mel propter similitudinem coloris mellis, et secundum gustum non mel propter dissimilitudinem saporis. Et similiter cum duo oculi sint dissimiles, non est eadem visio quae fit per utrumque oculum, vel non eadem videntur utrique visui quae fit per utrumque oculum, ut si pupilla unius infecta sit aliquo grosso vel nigro vapore, alio vero puro, videbuntur per oculum infectum omnia nigra vel obscura, per alium autem non. Ideo autem dico hoc esse custodiendum vel observandum, quia hoc est necessarium ad praedictos philosophos qui dicunt ex causis praedictis omne apparens esse verum. Et ex hoc sequitur quod omnia similiter sint vera et falsa, propter hoc quod non omnibus eadem apparent, nec etiam eidem ad se ipsum, cum multotiens idem homo secundum idem tempus iudicet contraria secundum diversos sensus. Sicut visus iudicat esse unum quod tactus iudicat esse duo propter variationem digitorum, ex qua contingit quod id quod tangitur per diversa instrumenta tangitur, tactus per diversos digitos a diversis partibus percipit ac si essent duo tangibilia. Nullatenus autem eidem homini secundum eundem sensum similiter et eodem tempore videtur quod hoc sit verum, scilicet contraria simul esse. Id autem forsan est necessarium sic respondere praedictis sophistis qui dicunt non propter dubitationem sed orationis causa, quia ex protervia ipsam orationem propter se ipsam concedendam. Quia hoc non est verum simpliciter sed huic verum. Ex hoc enim non sequitur contradictoria simul esse vera; licet enim huic verum et alii non verum, illud non est contradictorium. Deinde cum dicit *Sicut praedictum est etc.* Docet resistere sup-

[margin: se]

dictis sophistis secundum viam rationis, non solum ad hominem, scilicet excludendo falsam opinionem quam ipsi ponunt. Et hoc duabus rationibus quarum prima sic dicit. Sicut praedictum est, si omne apparens est verum, necesse est omnia esse ad aliquid, scilicet ad opinionem et sensum. Et ex hoc sequitur hoc inconveniens, scilicet quod nihil sit nec fiat nullo opinante. Si autem hoc falsum est, quia multa sunt et fiunt de quibus nulla est opinio vel cognitio, sicut quae sunt in profundo maris vel in visceribus terrae, manifestum est autem quod non omnia sunt ad aliquid ad opinionem et sensum, et ita non omne apparens est verum. Secundam rationem ponit ibi *Amplius si unum ad unum*. Dicens quod unum non refertur nisi ad unum determinatum. Sicut patet quod si fiat idem subduplum et dimidium et equale, non tamen equale dicitur ad duplum, sed magis dimidium; equale vero dicitur ad equale et similiter. Si ipse homo qui est opinans sit etiam opinatum, non refertur homo ad opinans in quantum est opinans sed in quantum est opinatum. Si igitur omnia entia sunt huiusmodi quod referuntur ad opinans in quantum opinans est, sequitur quod hoc quod dico opinans non sit unum, cum ad unum non referatur, sed infinita, scilicet species cum infinita referuntur ad ipsum, quod est impossibile. Unde non potest dici quod omnia relative dicuntur ad opinans, et ita non potest dici quod omne apparens sit verum. Deinde cum dicit *Quod quidem igitur etc.* Concludit conclusionem suam intentam. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipsam principalem conclusionem. Secundo inducit quoddam corelarium ex ea, ibi *Quoniam autem impossibile*. Dicit ergo primo quod ex praedictis patet quod inter omnes opiniones vel sententias haec est firmissima, qua dicitur oppositas dictiones sive propositiones contradictorias non simul esse veras. Et iam dictum est quae inconvenientia accidunt ponentibus eas esse veras, et ex qua causa moti sunt ad hoc dicendum. Deinde cum dicit *Quoniam autem impossibile etc.* Concludit corelarium, dicens quod ex quo dictum est quod impossibile est simul contradictionem verificari de eodem, manifestum est quod nec etiam contraria eidem inesse possunt, quia manifestum est quod non minus in contrariis alterum eorum est privatio quam in aliis oppositis, scilicet licet utrumque contrariorum sit natura aliqua, quod non est in affirmatione et negatione vel in privatione et habitu. Alterum enim eorum est imperfectum respectu alterius, sicut nigrum respectu albi et amarum respectu dulcis. Et sic habet privationem quamdam adiunctam. Privatio autem est aliqua negatio substantiae, id est in aliquo subiecto determinato, et etiam ab aliquo genere determinato. Est enim negatio intra genus. Non enim omne non videns dicitur caecum, sed solum in genere videntium. Sic igitur patet quod contrarium includit privationem, et privatio est quaedam negatio. Si igitur impossibile est simul affirmare et negare, impossibile est contraria simul inesse eidem subiecto, sed vel ambo insunt quodammodo, id est secundum aliquid, sicut quando unum est in potentia vel secundum partem, vel unum secundum quid et alterum simpliciter; sicut quando unum est in actu et alterum est in potentia, vel unum secundum plures et principaliores partes, alterum tantum secundum aliquam partem, sicut Ethiops est niger simpliciter et albus dentem.

At vero nec contradictionis etc. Postquam disputavit contra ponentes contradictoria simul esse vera, hic disputat contra ponentes esse medium inter contradictionem. Huius enim dicunt non separatim alteram partem contradictionis esse veram. Et circa hoc duo facit. Primo disputat contra istam positionem. Secundo contra quasdam alias quae erant improbabiles huic

et superiori positioni concordantes, ibi *Manifestum autem*. Circa primum duo facit. Primo ponit rationes contra dictam opinionem. Secundo ostendit causam quare aliqui moti sunt ad positionem istam, ibi *Venit autem quibusdam*. Circa primum ponit septem rationes. Prima est quod sicut contradictoria non possunt simul esse vera, ita nec possibile est esse medium inter contradictionem. Sed oportet quod de unoquoque necesse est aut affirmare aut negare. Et haec manifesta est primo ex diffinitione veri vel falsi. Non enim aliud est falsum quam dicere non esse quod est, aut dicere esse quod non est. Et nihil aliud est verum quam dicere esse quod est et dicere non esse quod non est. Patet igitur quod quicumque dicit aliquid esse, aut dicit verum aut dicit falsum. Si dicit verum, oportet ita esse, quia verum est esse quod est. Si dicit falsum, oportet id non esse, quia falsum nihil aliud est quam non esse quod est. Et similiter si dicit hoc non esse, si dicit falsum, oportet esse; si verum, oportet non esse. Ergo de necessitate aut affirmativa aut negativa est vera. Sed ille qui ponit medium inter contradictionem, neque dicit quod necesse sit dicere de ente esse vel non esse, neque quod necesse sit de non ente. Et ita nec affirmans nec negans de necessitate dicit verum vel falsum. Secundam rationem ponit ibi *Amplius autem medium etc.* Quae talis est. Medium inter aliqua duo dupliciter accipi potest. Uno modo per participationem utriusque extremi, quod est medium in eodem genere, sicut medium vel pallidum inter album et nigrum. Alio modo per abnegationem, quod est diversum in genere, sicut inter equum et hominem quod nec est homo nec est equus, ut lapis. Si igitur inter contradictoria est medium, aut hoc erit primo modo aut secundo. Si secundo modo, tunc non permutatur, quod sic patet. Quia est permutatio cum est ex non bono in bonum aut ex bono in non bonum, quia cum est motus inter contraria, ut inter album et nigrum, quod est motus inter contradictorie opposita, nam nigrum est non album, ut ex praedictis patet. Secundum autem praedictam non posset fieri motus ex non bono in bonum vel econverso. Ergo nullus esset motus, cum tamen semper hoc appareat vel videatur quod ex non bono in bonum fiet motus vel econverso. Quod autem omnis talis motus tollatur ex praedicta positione sic patet. Non enim est possibile esse motum nisi inter contraria et media quae sunt in uno genere, nec potest esse motus ex extremo in alterum nisi per medium. Si igitur est medium inter contradictionem per abnegationem, id est alterius generis, nullus poterit esse motus de extremo in medium vel de medio in extremum. Si autem dicatur secundo modo, scilicet quod sit medium inter contradictionem quod est eiusdem generis participans utrumque, sicut pallidum inter album et nigrum, sequitur hoc inconveniens, quod scilicet aliqua generatio terminetur ad album et non fiat ex non albo, quia ad unum extremum non tamen fit motus ex alio extremo sed ex medio. Hoc autem non videtur esse verum, scilicet quod sit aliqua generatio terminata ad album quae non fiat ex non albo. Et sic patet quod nullo modo potest esse medium in contradictione. Tertiam rationem ponit ibi *Amplius omne intellectuale*. Quae talis est. Quicumque intellectus in omni conceptione sua qua sententiat intelligit aut affirmat aliquid aut negat. Ex diffinitione autem veri vel falsi videtur quod sive affirmet sive neget, oportet ut vel dicat verum vel

[margin: quod est]

[margin: extremi]

quia quando intellectus sic componit vel affirmando vel negando sicut est in re, verum dicit. quando autem non, sic mentitur. et ita quod semper oportet quod aliqua opinio sit vera, et omnis opinio affirmatio est vel negatio. unde oportet quod semper affirmatio sit vera vel negatio, et sic non est medium in contradictione. Quartam rationem ponit ibi: Amplius praeter omnes etc. quae talis est. Si in contradictione ponitur medium, oportet hoc in omnibus contradictionibus dicere, quod scilicet praeter omnes contradictiones sit aliquod verum quod est medium inter ea. non hoc diceret aliquis omni causa, id est absque omni ratione, sed solum quia placet ita dicere. sed hoc non potest verum esse in omnibus. quia verum et non verum sunt contradictio quaedam. et ita sequeretur quod aliquis esset qui nec diceret verum nec non verum, aut quod contrarium est ex diffinitione veri et falsi. Similiter cum ens et non ens sit contradictio, sequeretur quod aliquid sit praeter ens et non ens. et ita erit quaedam transmutatio praeter generationem et corruptionem. nam generatio est transmutatio ad esse, et corruptio ad non esse. ergo in nulla contradictione est medium.

Quintam rationem ponit ibi: Amplius in quibus generibus. dicit quod negatio in quibus generibus, in eis loco contrarii dicitur vel saltem negatio implet vel infert contrarium, quia alterum contrariorum, inter quae nec est esse medium in eodem genere, ex negatione rationem habet. sicut patet de pari et impari, iusto et iniusto. si igitur inter affirmationem et negationem esset aliquod medium, in omnibus istis contrariis esset aliquod medium, cum affirmationem et negationem manifeste sequantur. sicut si in numero esset aliquis numerus qui nec esset par nec impar. hoc autem patet esse impossibile ex diffinitione paris vel imparis. nam par est quod potest dividi in aequalia, impar vero quod non potest. relinquitur ergo quod inter affirmationem et negationem non potest esse medium.

Sextam rationem ponit ibi: Amplius in infinitum vadit etc. quae talis est. Ponentes aliquod medium inter affirmationem et negationem ponunt aliquod tertium praeter illa duo quae ponunt contradictionem, vel inter ea esse medium. tria autem ad duo se habent in sesquialtera, id est sexquialtera proportione. ergo secundum opinionem eorum qui ponunt inter affirmationem et negationem medium, in primo aspectu apparet quod omnia erunt sesquialtera, id est sexquialtera proportione ad ea quae ponuntur, quia non solum erunt affirmationes et negationes sed etiam media. non solum autem hoc, sed etiam quod sunt in infinitum plura. constat enim quod contingit affirmare et negare. contingit autem affirmare hoc tertium esse, hoc tertium esse, scilicet affirmationem, negationem et medium. ergo contingit istud negare, et sic negatio non est alia ab affirmatione. ita id erit quoddam quartum praeter tria praedicta. eius enim est substantia et ratio alia, sicut et ratio negationis alia ab affirmatione. iterum igitur contingit negare, et horum negatio erit vera, et sic in infinitum. erit ergo in infinitum plura quam ponantur, quod videtur inconveniens.

Septimam rationem ponit ibi: Amplius quando interrogant. quae talis est. Si quis interrogaret utrum homo vel aliquid aliud sit album, oportet quod respondens vel assentiat vel non assentiat. et si assentiat, planum est quod dicit affirmationem esse veram. si autem non assentiat, praeterea non constat quod negat, nec negat aliquid quam esse id quod ille interrogavit. et ipsa negatio est non esse quod est negatum. relinquitur ergo quod respondens ad quaestionem vel necesse habet concedere affirmationem vel proferre negationem. et ita inter haec duo non est medium.

Deinde cum dicit: Insunt autem quibusdam. ostendit causam quare quidam in hanc opinionem inciderunt. et est haec [causa]. Primo est quod quidam hanc opinionem posuerunt. secundo dat modum disputandi contra eos, ibi: Principium autem ad hos omnes etc. tertio ponit quasdam opiniones philosophorum quae pertinent ad praedictam opinionem, scilicet ibi: Videtur autem Heracliti. dicit ergo primo quod praedicta opinio evenit quibusdam sicut et aliae opiniones inopinabiles ex duabus causis. quarum prima est quia quando aliqui non possunt solvere orationes contentiosas, id est rationes litigiosas sive sophisticas, vel factas eis ab aliis vel a se ipsis, consentiunt rationi probanti et concedunt conclusionem, dicentes verum esse quod syllogizatum est. et consultius ipsum nutum confirmantes, quasi rationes ad invenientes. Alia causa est propter hoc quod quidam volunt inquirere rationem probantem de omnibus. et ideo illa quae probari non possunt nolunt concedere, sed negant. prima autem principia, quae sunt omnium conceptiones communes, probari non possunt. et ideo ea negantes, ipsi ponentes inopinabilia incidunt.

Deinde cum dicit: Principium autem etc. ostendit ex quo principio debeat procedi contra tales opiniones. et dicit quod ex diffinitione veri vel falsi, vel aliquorum aliorum nominum, sicut ex supradictis omnibus nominibus patet. necesse est enim eis concedere diffinitiones rerum, si ponit quod nomina aliquid significent. nam ratio quam nomen significat est diffinitio rei. si autem non concedit nomina significare aliquid, non differunt a plantis, sicut supra dictum est.

Deinde cum dicit: Videtur autem Heracliti opinio. ostendit aliquas opiniones pertinere ad praedictas. et dicit quod ad positionem Heracliti, qui dicebat omnia moveri simul, et per hoc omnia esse et non esse, et quia id quod movetur habet non esse admixtum cum esse, sequitur quod omnia sint vera. ad positionem vero Anaxagorae sequitur quod aliquid sit medium contradictionis. ipse enim ponebat quod quodlibet miscetur in quolibet, propter hoc quod quodlibet fit ex quolibet. de permixto autem neutrum extremorum praedicari potest, sicut colores medii nec sunt albus nec niger. unde id quod est mixtum nec est bonum nec non bonum, nec album nec non album. et sic aliquod medium contradictionis erit. propter quod sequitur omnia esse falsa. nihil enim secundum communem opinionem ponimus nisi affirmationem et negationem. unde si affirmatio et negatio sit falsa, sequitur omnia esse falsa.

Deinde cum dicit: Videntur autem diffinitae distare. ostendit quomodo quidam posuerunt quae ad praedictas consequuntur. et primo quosdam qui destruunt principia logicae. secundo quosdam qui destruunt principia philosophiae, ibi: Palam autem quia nec qui omnia etc. Philosophus enim primo dicit quod disputatio contra negantes principia singularium scientiarum, quia omnia principia firmantur super haec principia, quod affirmatio et negatio non sunt simul vera, et quod non est medium inter ea. ista autem sunt propriissima huius philosophiae, cum sequantur rationem entis, quod est huius philosophiae primum subiectum. verum autem et falsum pertinent proprie ad considerationem logicae. consequuntur enim ens in ratione, de quo considerat logica. nam verum et falsum sunt in mente, ut in sexto huius habetur. motus autem et quies proprie de consideratione sunt philosophiae naturalis. nam natura diffinitur per motum et quietem. secundum errorem autem qui accidit circa esse et non esse

consequitur error circa verum et falsum. nam per esse et non esse verum et falsum diffinitur, ut supra habitum est. nam verum est cum dicitur esse quod est, vel non esse quod non est. falsum autem e contrario. Secundum autem errorem, qui est circa esse vel non esse, sequitur error qui est circa moveri et quiescere. nam quod movetur, inquantum huiusmodi, nondum est. quod autem quiescit est. et ideo destruentes errores circa esse et non esse, ex consequenti destruunt errores circa verum et falsum, quiescere et moveri. Circa primum duo facit. primo ponit opiniones falsas circa verum et falsum. secundo improbat eas, ibi: Amplius autem palam. dicit ergo quod determinatis, id est determinatis praedictis, quae erunt dicta contra praedictas inopinabiles opiniones, manifestum est quod impossibile est quod quidam dicunt, quod univoce, id est uno modo sententia est de omnibus, ut dicamus omnia simul esse falsa, vel omnia simul esse vera. quidam enim dixerunt nihil esse verum, sed omnia esse falsa, et quod nihil prohibet quin dicamus omnia sic esse falsa, sicut hoc est falsum: diametrum esse commensurabilem lateri quadrati, quod est falsum. Alii vero dixerunt quod omnia sint vera. et hae orationes consequuntur ad opinionem Heracliti, sicut dictum est. ipse enim dixit quod simul esse et non esse, ex quo sequitur omnia esse vera. et ne forte aliquis diceret quod praeter has duas opiniones est tertia, quae dicit quod omnia sunt simul vera et falsa, quasi tacite obviando respondet, dicit quod qui hoc ponit utrasque praedictas ponit. unde si duae praedictae propositiones sunt impossibiles, et tertiam oportet esse impossibilem.

Deinde cum dicit: Amplius autem palam. ponit rationes contra praedictas opiniones. quarum prima talis est. Constat quasdam esse contradictiones quas impossibile est esse simul veras nec simul falsas, sicut verum et non verum, ens et non ens, et hoc magis patet ex dictis. si igitur harum contradictionum necesse est alteram esse veram et alteram falsam, non omnia sunt vera, nec omnia falsa sunt.

Secundam rationem ponit ibi: Sed ad omnes tales. dicens quod ad omnes tales rationes, id est positiones, non oportet quaerere, id est petere, concedendum esse aliquid vel non esse in rebus, quod ad sophistam dictum est, quia hoc videtur petere principium. sed hoc petendum quod dentur nomina ad significandum, quia hoc non dato disputatio tollitur. hoc autem dato oportet ponere diffinitiones, sicut iam supra dictum est. et ideo ex diffinitionibus contra eos disputare oportet, et praecipue in proposito accipiendo diffinitionem veri et falsi. Si autem non est aliud verum quam affirmare id quod falsum est negare, et e converso, impossibile sit omnia similiter falsa. quia necesse est vel affirmationem vel negationem esse veram. patet enim quod nihil aliud est verum quam dicere esse quod est, vel non esse quod non est. falsum autem est dicere non esse quod est, vel esse quod non est. et ideo patet quod verum est dicere id esse quod falsum est non esse, vel non esse quod falsum est esse. et falsum est dicere id esse quod verum est non esse, vel non esse quod verum est esse. et ita ex diffinitione veri vel falsi patet quod non sunt omnia falsa. et ratione eadem patet quod non omnia sunt vera.

Tertiam ponit ibi: Amplius si esse aut dicere aut negare etc. quae talis est. Constat ex praedictis quod necesse est de quolibet aut affirmare aut negare, cum non sit medium in contradictione. ergo impossibile est omnia falsa esse. et eadem ratione probatur quod impossibile est omnia esse vera, per hoc quod ostensum est quod non est simul affirmare et negare.

Quartam rationem ponit ibi: Contingit et quod est famatum. quae talis est. Ad omnes praedictas orationes, id est ponentes eas, sequitur inconveniens, quod se ipsas destruunt. et hoc est famatum, id est famosum, ab omnibus dictum. unde et Plato hoc tangit. Accidit autem et ideo, ut igitur placet. ille enim qui dicit omnia esse vera, dicit contrariam suae opinionis esse veram. sed contraria suae opinionis est quod sua opinio non sit vera. ergo qui dicit omnia esse vera, dicit suam opinionem non esse veram, et ita destruit suam opinionem. et similiter manifestum est quod ille qui dicit omnia esse falsa, dicit et se ipsum dicere falsum. et quia posset aliquis dicere quod dicens omnia vera excipit vel aufert ab universitate suam contrariam, et similiter qui dicit omnia esse falsa excipit suam opinionem, ideo

hanc conclusionem excludit. et dicit quod si ille qui dicit omnia esse vera excipiat suam contrariam, dicens solam eam esse non veram, et dicens omnes esse falsa (vel si ille qui dicit omnia esse falsa) excipiat suam opinionem, dicens quod ipsa sola non est falsa, nihilominus sequitur quod contingit eis quaerere, id est reperire, infinitas esse orationes veras contra ponentes omnia esse falsa, et infinitas falsas contra ponentes omnia esse vera. si enim detur una opinio vera, sequitur quod infinitas esse veras. et si detur una opinio falsa, sequitur infinitas esse falsas. Si enim haec positio vel opinio vera est: Sortes sedet, ergo et haec erit vera: Sortem sedere est verum. et si haec est vera, ulterius et haec erit vera: esse verum Sortem sedere est verum, et sic in infinitum. semper enim qui dicit de oratione vera quod sit vera, verum est. et qui dicit de oratione falsa quod sit falsa, verum est. et qui dicit de oratione falsa quod sit vera, falsum est. et hoc procedit in infinitum.

Deinde cum dicit: Palam autem quia nec quiescere etc. disputat contra opiniones destruentes principia naturalis, scilicet motum et quietem. et circa hoc tria facit. primo tangit falsitatem harum opinionum, dicens quod ex praedictis est manifestum quod nec opinio dicens omnia moveri, nec opinio dicens omnia quiescere vera est. secundo ostendit has opiniones esse falsas, ibi: Nam si quiescunt. et primo ostendit opinionem esse falsam quae ponit omnia quiescere. quia si omnia quiescerent, tunc nihil removeretur a dispositione in qua aliquando est. et ideo quicquid est verum semper erit verum, et quicquid est falsum semper erit falsum. sed hoc videtur inconveniens. transmutantur enim veritas et falsitas propositionis et opinionis. non enim homo qui opinatur vel profert propositionem aliquando non erat, postmodum fuit, et iterum non erit. secundo ostendit esse falsam quae ponit omnia moveri duabus rationibus. quarum prima ponitur ibi: Sed nec omnia. quae talis est. Si omnia moventur et nihil est quiescens, nihil erit verum in rebus. quia quod est verum iam est, quod autem movetur nondum est. ergo oportet omnia esse falsa, quod est impossibile, ut ostensum est.

Secundam ponit ibi: Amplius autem ens permutatur. quae talis est. Omne quod permutatur necesse est ens, quia omne quod permutatur ex aliquo in aliud permutatur, et id ex quo permutatur inest ei quod permutatur. unde non oportet dicere quod quicquid est in re permutata mutetur, sed aliquid sit manens. et ita non omnia moventur. Tertio ibi: Sed nec omnia etc. excludit quandam falsam opinionem quae posset occasionari ex praedictis. posset enim aliquis credere quod, quia non omnia moventur nec omnia quiescunt, quod ideo omnia quandoque moventur et quandoque quiescunt. et hoc removet dicens quod non est verum quod omnia quandoque quiescant et quandoque moveantur, cum non sit quod semper moveantur vel quod semper quiescant. est enim quoddam motum quod semper movetur, sicut corpora caelestia. et est quoddam movens quod semper immobile est et semper eodem modo se habet, ut probatur in octavo Physicorum.

Expl. 4. incip. 5.

Principium etc. In praecedenti libro determinavit philosophus quae pertinent ad considerationem huius scientiae. hic incipit determinare de rebus quas scientia ista considerat. quia ea quae in hac scientia considerantur sunt omnibus communia, nec dicuntur univoce, sed per prius et posterius de diversis, sicut in quarto libro est habitum. ideo prius distinguit intentiones nominum quae in huius scientiae consideratione cadunt. secundo incipit determinare de rebus quae sub consideratione huius scientiae cadunt, in sexto libro, qui incipit: Principia et causae. cuiuslibet autem scientiae est considerare subiectum et passiones et causas. et ideo hic quintus liber dividitur in tres partes. primo distinguit diffinitiones nominum quae significant causas. secundo illorum nominum quae significant subiectum huius scientiae vel partes eius, ibi: Unum dicitur aliud. tertio nominum quae significant passiones entis inquantum est ens, ibi: Perfectum vero dicitur etc. prima in duas. primo distinguit nomina significantia causas. secundo quoddam nomen significans quoddam quod consequitur ad causam, scilicet necessarium. nam causa est ad quam de necessitate sequitur aliud, ibi: Necessarium dicitur sine

requirit accidentium ordinem principium. sicut patet quod non dicitur unum ad [illegible] articulatum qui videmus partes calcanei [illegible] potentes nisi forte secundum accipitur unum [illegible] tunc dicitur esse unum omnes partes calcanei que sic sunt composite quod sit calcaneum [illegible] et habent aliquam unam speciem scilicet calcanei [illegible] patet quod linea circularis est maxime una quia non solum habet continuitatem sicut linea recta sed etiam habet totalitatem et perfectionem quam non habet linea recta [illegible] non enim potest sibi fieri additio sicut fit linee recte. Deinde cum dicit unum [illegible] esse etc. ponit quandam proprietatem consequentem unum et dicit quod ratio unius est [illegible] quod sit principium alicuius numeri [illegible] patet quia unum est prima mensura numeri quo omnis numerus mensuratur [illegible] principium [illegible] patet quod unum est principium noti vel cognoscibilis [illegible] in omnibus principium cognoscendi. hoc tamen unum quod est principium cognoscendi non est idem in omnibus generibus [illegible] est unum quod est diesis quod est minimum in sonis [illegible] diesis enim est semitonium minus dividitur enim tonus in duo semitonia inequalia quorum minus dicitur diesis [illegible] in vocalibus autem unum principium et minimum est littera vocalis aut consonans [illegible] et in ponderibus est aliquid minimum [illegible] est una mensura ad [illegible] scilicet motus simplicissimus et velocissimus qui est motus diurnus in omnibus tamen istis hoc est commune quod id quod est prima mensura est indivisibile [illegible] vel secundum speciem [illegible] quod sit indivisibile secundum quantitatem [illegible] divisiones [illegible] ... [illegible] Deinde cum dicit amplius autem etc. ponit [illegible] unum [illegible] [illegible]

ad [illegible] quod [illegible] accipi duobus modis [illegible] diversas habitudines ad unum sicut sanativum [illegible] diversas habitudines significant consilia [illegible] [illegible] Deinde cum dicit [illegible] multum etc. ex modis unius accipit modos multorum [illegible] quot modis dicitur unum tot modis dicuntur multa [illegible] [illegible] Deinde cum dicit [illegible] ... [illegible]

Eodem [illegible] hoc quod secundum accidens etc. hic philosophus distinguit quot modis dicitur ens. et [illegible] distinguit ens [illegible] distinguit modos entis per accidens [illegible] per accidens [illegible] dicitur autem [illegible] [illegible] ens per accidens [illegible] ens per se [illegible] [illegible] accidens [illegible] [illegible] musicus [illegible] albus esse musicus [illegible]

[illegible] accidens [illegible] musicum [illegible] [illegible] Deinde cum dicit per se vero esse etc. distinguit modos entis per se [illegible] [illegible] amplius autem esse significat etc. [illegible] [illegible]

[illegible] Quia [illegible] non [illegible] non pertineat ad [illegible] entis. ut cum dicitur homo ambulat [illegible] [illegible] albus [illegible] [illegible] Deinde cum dicit amplius autem esse significat etc. ponit alium modum entis [illegible] [illegible] affirmatio [illegible] negatio [illegible] [illegible] Deinde cum dicit amplius esse significat etc. ponit distinctionem entis per actum et potentiam [illegible] [illegible] in actu [illegible] in potentia [illegible] quiescere [illegible] [illegible]

e aliqui simile dicitur magis proprie simile. sicut album quod est aliud et [illegible] dicitur magis proprie simile igni quam [illegible] quod est aliud [illegible]
[illegible] duo quorum utrumque est simile alicui tertio [illegible] aliquam qualitatem [illegible] est simile secundum qualitatem magis sibi propriam magis [illegible]
[illegible] ei simile [illegible] magis proprie est similis igni quam [illegible]
similatur igni in colore quae est qualitas magis sibi propria quam
[illegible] in qua assimilatur sibi [illegible]. Contrario [illegible] quod dissimilia di[illegible]
[illegible] per oppositum ad similia.

Opposita dicuntur etc. Hic distinguit [illegible] partes [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quot modis dicuntur opposita. Secundo quot
modis dicuntur contraria ibi contraria dicuntur etc. Tertio quot modis dicuntur divisa
[illegible] ibi divisa non [illegible] etc. Circa primum dicit quod quatuor
modis dicuntur opposita quia [illegible] modis scilicet contraria [illegible]
[illegible] [illegible] aliquando ad eum opponitur alteri ut
opponitur aut [illegible] dependentiae quae dependet ab ipso [illegible]

cognoscit singularia de quibus ulla predicantur. cognoscit enim
hominem nunquam cognoscit sortem qui est homo. eodem autem modo
albus cognoscit sortem sed nunquam cognoscit hominem. sed
autem quod est prius est plus eo quod est per accidens. Secundum modum
ponit ibi. secundum vero modum et cetera. dicens quod secundum modum prius est
accidens quam totum. id est quam compositum ex suo accidente. ut mu
sicum quam homo musicus est totum. id est homo musicus cognoscitur
non prius sine toto hoc quod partes quod est musicum. eodem modo
et alia simplicia, priora sunt toto composito [illegible] in
ipsum sit eis. [illegible] Tertium
modum ponit ibi. amplius priora et cetera. dicens quod priora dicuntur
[illegible] passionum. sicut rectitudo dicitur prior levitate.
rectitudo enim est per se passio linee. levitas autem superficiei.
linea vero est prior superficie et sensus autem eius. nam
passiones magis compositorum sunt priores [illegible] sensui [illegible]
dicuntur priora per hunc modum [illegible] secundum ordinem cognitionis.

necessario verum. Et apparentia mentis in isto exemplo. Deinde cum dicit: Amplius autem haec etc. dat intelligere modos impotentiae sicut potentiae. Cum potentia sit duplex, scilicet activa et passiva, et [illegible] aut ad agendum vel patiendum simpliciter [illegible] secundum utramque potentiam est impotentia opposita. Et solummodo, id est bene movendi, id est potentiae activae quae est ad movendum simpliciter vel bene movendum [illegible] potentiae passivae quae est ad moveri simpliciter vel bene moveri. Deinde cum dicit: Impossibilia vero etc. ostendit quot modis dicitur possibile et impossibile. Et primo distinguit modos impossibilis. Secundo reducit omnes modos potentiae et impotentiae ad unum primum, ibi: Quae vero secundum potentiam etc. Circa primum tria facit. Primo dicit quod uno modo dicitur aliquid impossibile per privationem potentiae [?] quae opponitur potentiae [illegible] iam positum est. Secundo ibi: Alia alio modo etc. ponit alium modum quo dicitur aliquid impossibile non propter privationem alicuius potentiae, sed propter repugnantiam terminorum in propositionibus. Cum enim posse dicatur in ordine ad esse, sicut ens dicitur non solum quod est in rerum natura, sed secundum compositionem propositionis prout est in ea verum vel falsum, ita possibile et impossibile dicitur non solum propter potentiam vel impotentiam rei, sed propter veritatem et falsitatem compositionis vel divisionis in propositionibus. Unde impossibile dicitur cuius contrarium est verum de necessitate, ut diametrum quadrati esse commensurabilem lateri est impossibile, quia hoc est tale falsum cuius contrarium non solum est verum, sed etiam necessarium, quod non est commensurabile. Et quod hoc esse commensurabile est falsum de necessitate, ideo est impossibile. Tertio ibi: Contrarium vero etc. manifestat quid sit possibile oppositum impossibili secundum modum dictum. Sic distinctum [?] est dicitur quod possibile contrarium huic, secundum quod impossibile est id cuius contrarium non de necessitate est falsum, sicut sedere hominem est possibile, quia non sedere, quod est ei oppositum, non est de necessitate falsum. Ex quo patet quod iste modus possibilis in tres modos dividitur. Uno enim modo possibile quod est falsum sed non ex necessitate, sicut hominem sedere dum non sedet, quia eius oppositum non est verum ex necessitate. Alio modo dicitur possibile quod est verum sed non de necessitate, quia eius oppositum non est falsum de necessitate, sicut Socratem sedere dum sedet. Tertio modo dicitur possibile quia licet non dum sit verum tamen contingit [?] in proximo verum esse. Deinde cum dicit: Secundum metaphoram etc. ostendit quomodo potentia sumatur metaphorice, et dicit quod in geometria dicitur potentia per metaphoram. Potentia enim lineae in geometria dicitur quadratum lineae per hanc similitudinem, quia sicut ex eo quod est in potentia fit id quod est in actu, ita ex ductu alicuius lineae in seipsam resultat quadratum ipsius. Sicut si diceremus quod ternarius potest in novenarium, quia novenarius consurgit ex ductu ternarii in seipsum, nam ter tria sunt novem. Sicut autem impossibile secundo modo acceptum non dicitur secundum aliquam impotentiam, ita et modi possibilis ultimo positi non dicuntur secundum aliquam potentiam, sed secundum similitudinem vel secundum modum veri et falsi. Deinde cum dicit: Quae vero secundum potentiam etc. reducit omnes modos potentiae et impotentiae ad unum primum, et dicit quod possibilia quae dicuntur secundum potentiam omnia dicuntur per respectum ad unam primam potentiam, quae est prima potentia activa, de qua supra dictum est quod est principium transmutationis in alio inquantum est aliud. Et omnia enim alia possibilia dicuntur per respectum ad istam potentiam. Aliquid enim dicitur possibile per hoc quod aliquid aliud habet potentiam activam in ipsum; sic enim quod dicitur possibile secundum potentiam passivam. Quaedam vero dicuntur possibilia non habito respectu ad talem potentiam in ipsa, sicut quae dicuntur possibilia quia non possunt corrumpi ab exterioribus agentibus. Quaedam vero possibilia [?] in hoc habito, id est in hoc quod habent potentiam ut bene aut simpliciter agant vel aut patiantur. Et sicut omnia possibilia quae dicuntur secundum aliquam potentiam reducuntur ad unam primam potentiam, ita omnia impossibilia quae dicuntur secundum aliquam impotentiam reducuntur ad aliquam impotentiam primam, quae est opposita primae potentiae. Patet ergo quod [illegible] diffinitio potentiae primo modo dictae est propria, quia principium transmutationis in alio inquantum est aliud, quod est ratio potentiae activae.

Quantum dicitur etc. Quia ens non solum dividitur per potentiam et actum, sed etiam per decem praedicamenta, postquam distinxit hoc nomen potentia, hic incipit distinguere nomina quae significant praedicamenta. Et primo nomen quantitatis. Secundo qualitatis, ibi: Quale autem etc. Tertio distinguit modos ad aliquid, ibi: Ad aliquid dicuntur etc. Alia vero praedicamenta praetermittit, quia sunt contracta ad aliquod genus rerum, [illegible] et partitione [?]. Circa quantitatem tria facit. Primo ponit rationem quantitatis, dicens quod quantum dicitur quod est divisibile in ea quae insunt. Quod quidem dicitur ad differentiam divisionis mixtorum; corpus enim mixtum resolvitur in elementa quae non sunt actu in mixto sed virtute tantum. Unde non est ibi tantum divisio quantitatis, sed oportet quod assit aliqua alteratio per quam mixtum resolvatur in elementa. Et iterum addit quod utrumque aut singulum est natum esse unum aliquid et hoc. Et hoc dicit ad removendum divisionem partium essentialium, quae sunt materia et forma. Nam neutrum eorum aptum natum est esse per se. Secundo ibi: Pluralitas vero etc. ponit species quantitatis, inter quas primae sunt duae, scilicet multitudo sive pluralitas, et magnitudo sive mensura. Utraque autem eorum habet rationem quantitatis. Et multitudo quidem numerabilis est, et magnitudo est mensurabilis. [illegible] Dicitur autem multitudo quod est divisibile secundum potentiam in partes non continuas. Magnitudo autem quod est divisibile in partes continuas. Et quidem secundum hoc sunt tres species magnitudinis. Nam si sit divisibile secundum unam dimensionem continuum, est longitudo; si autem in duas, latitudo; si in tres, profunditas. [illegible] pluralitas vel multitudo finita dicitur numerus, longitudo autem finita dicitur linea, latitudo finita superficies, profunditas autem finita corpus. Si enim esset multitudo infinita non esset numerus, quia quod infinitum est numerari non potest. Similiter si esset longitudo infinita non esset linea, id est non est longitudo mensurabilis. Et propter hoc in diffinitione lineae ponitur quod eius extremitates sunt duo puncta. Similiter est de superficie et corpore. Tertio ibi: Amplius alia dicuntur etc. distinguit modos quantitatis. Et circa hoc tria facit. Primo distinguit quantum ad id quod est quantum per se, sicut linea, et id quod est quantum per accidens, sicut musicum. Secundo ibi: Eorum vero quae secundum se sunt etc. distinguit quantum per se. Quaedam enim significantur per modum substantiae, sicut linea vel superficies vel numerus, quia in eorum diffinitione est quantitas; quia linea est quantitas continua secundum longitudinem finita, et similiter est de aliis. Quaedam vero non per se pertinent ad genus quantitatis, et significantur per modum [illegible] vel passionis talis substantiae, sicut haec quae sunt passiones quantitatis: sicut multum et paucum significantur ut passiones numeri, et productum et breve ut passiones lineae, et latum et strictum ut passiones superficiei, et profundum et altum [illegible] ut passiones corporis. Et similiter grave et leve secundum opinionem illorum qui dicebant multitudinem superficierum vel atomorum esse causam gravitatis in corporibus, paucitatem vero esse causam levitatis. Sed secundum veritatem grave et leve non pertinent ad quantitatem sed ad qualitatem, ut infra ponetur. Et similiter est de aliis talibus, sicut est magnum et parvum, maius

[illegible] (marginal note below column)

et minus. [illegible] ad invicem, sicut ad aliquid, magnum et parvum [illegible] ut in praedicamentis habetur. [illegible] passiones quantitatis per se [illegible] ad quantitatem [illegible] albedo magna vel parva [illegible]. Sciendum autem est quod quantitatis in alia accidentia [illegible] quantitates istas esse praecipuas [?], scilicet numerum, lineam et superficiem et corpus. Nam sola quantitas habet divisionem in partes [illegible]. Albedo enim non [illegible] nisi per divisionem subiecti. Unde est quod ex solo quantitatis genere aliqua significantur ut substantiae, alia ut passiones. Tertio ibi: Secundum accidens vero etc. distinguit modos quantitatis per accidens. Et ponit duos modos, quorum unus est per quem aliqua dicuntur quanta per accidens ex hoc solo quod sunt accidentia alicuius quanti, sicut album et musicum [illegible]. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens non ratione subiecti in quo sunt, sed ex eo quod dividuntur ad divisionem alicuius quantitatis, sicut motus et tempus, quae dicuntur quaedam quanta et continua propter hoc quod ea quorum sunt passiones sunt divisibilia, et ipsa dividuntur ad divisiones eorum. [illegible] enim est divisibile et continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem, non quidem propter magnitudinem eius quod movetur, sed propter magnitudinem in qua aliquid movetur. Ex eo enim quod illa magnitudo est quanta, et motus est quantus; et propter hoc quod motus est quantus, sequitur tempus esse quantum. Unde haec non solum per accidens quantitates dici possunt, sed magis per posterius [illegible] dividuntur ab aliquo priori. Sciendum est autem quod philosophus in praedicamentis posuit tempus quantitatem per se, cum hic ponat ipsum quantitatem per accidens, quia ibi distinxit species quantitatis secundum diversas rationes mensurae. Alia enim ratio mensurae est tempus, quod est mensura extrinseca, et magnitudo, quae est mensura intrinseca. Et ideo ponitur ibi ut alia species quantitatis. Hic autem considerat species quantitatis secundum [illegible] esse quantitatem. Et ideo illa quae non habent esse quantitatis nisi ex alio, non ponit hic species quantitatis, sed quantitates per accidens, ut motum et tempus. Motus autem non habet aliam rationem mensurae praeter tempus et magnitudinem. Et ideo nec hic nec ibi ponit ipsum speciem quantitatis. Locum vero posuit ibi speciem quantitatis, non hic, quia habet aliam rationem mensurae, sed non aliud esse quantitatis.

Quale autem etc. Hic distinguit modos qualitatis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Secundo reducit eos ad duos, ibi: Fere vero secundum duos modos etc. Dicit ergo primo quod uno modo qualitas dicitur differentia substantiae, id est per quam aliquid ab alio differt substantialiter, quae intrat in diffinitionem substantiae. Et propter hoc dicitur quod differentia praedicatur in quale quid, ut si quaeramus quale animal est homo, respondemus quod bipes; et quale animal est equus, respondemus quod quadrupes; et quale figura est circulus, respondemus quod agonion, id est sine angulo. Ac si ipsa differentia substantialis sit qualitas. Uno ergo modo ipsa differentia substantiae dicitur qualitas. Hunc autem modum qualitatis [illegible] praetermisit, quia non continetur sub praedicamento qualitatis de quo ibi agebat. Hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit secundum modum, ibi: Alio vero etc., dicens quod alio modo qualitas vel quale est secundum quod immobilia et mathematica dicuntur qualia. Mathematica enim abstrahuntur a motu, ut in VI huius dicetur. Et mathematica sunt numeri et magnitudines, et in utrisque invenitur nomen qualitatis. Dicuntur enim superficies esse quales, scilicet quadratae vel

triangulares. Similiter numeri dicuntur quales inquantum sunt compositi. Dicuntur autem numeri compositi quando numerat eos aliquis numerus, sicut senarium et novenarium numerat ternarius, et non solum ad unitatem comparationem habent, sicut ad mensuram communem. Numeri autem incompositi [?] [illegible] nisi sola unitas. Dicuntur quod numeri quales secundum imitationem superficiei et solidi, id est corporis, secundum quod imitatio superficiei inquantum numerus ducitur in numerum, vel eundem vel alium semel, ut cum dico bis tria vel ter tria; et hoc est quod dicit quotiens quantum. In hoc enim designatur quod una divisio [illegible]. Ad imitationem vero solidi, quod est duplex ductus numeri in eundem numerum vel in seipsum vel diversos numeros, ut cum dico ter tria ter, vel bis tria bis, vel bis tria quater. Et hoc est quod dicit quotiens quantum quantum [?]. Sic enim considerantur in numero tres divisiones ad modum solidi. In hac autem numerorum ordinatione aliquid consideratur per modum substantiae, sicut hoc quod dico tria, vel quicumque numerus qui in alium ducatur; aliquid vero per modum qualitatis, sicut ipse ductus unius numeri in alterum vel in seipsum, ut cum dico bis tria. Bina [?] vero significantur per modum quantitatis [illegible] non per modum [illegible] ex hoc quod exit [illegible] ipsarum quantitatum, quae est [illegible] qualitas eius, ut hoc quod significatur per hoc quod dico bis vel ter [illegible] quantitatem [illegible] ipse numerus semel [illegible], ut cum dico tria. Quantitas [illegible] attentione eius qualitas dicitur ipsa multiplicatio numeri ut numeri, et hinc [illegible] dicitur quod substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur, sicut substantia senarii est quod dicitur sex, non quod dicitur bis tria vel ter duo. Sed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicere enim numerum esse superficialem vel solidum, sive quadratum aut cubicum, significat eum esse qualem. Hic ergo modus qualitatis est quarta species qualitatis in praedicamentis posita. Tertium ponit ibi: Amplius quaecumque passiones etc. Quae et qualiter dicuntur passiones [illegible] secundum quas corpora per alterationem mutantur, ut calidum et frigidum, album et nigrum. Et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis supra positam. Quartum modum ponit ibi: Amplius secundum virtutem etc. dicens quod qualitas sive quale dicitur quarto modo secundum quod aliquid disponitur per virtutem et malitiam, vel qualitercumque per bonum et per malum, sicut per scientiam et ignorantiam, sanitatem et aegritudinem. Et hic est prima species qualitatis in praedicamentis posita. Praetermisit autem inter hos modos secundam qualitatis speciem, quia magis [illegible] potentia [illegible] non significat nisi ut principium passionum [illegible]. Sed propter specialem modum denominandi posuit eam in praedicamentis inter species qualitatis, secundum [illegible] magis pertinet ad potentiam, sicut supra positum est. Deinde cum dicit: Fere vero etc. reducit quatuor praedictos modos ad duos, dicens quod qualitas dicitur fere secundum duos modos, in quorum alterum [?] duo modi de quatuor praedictis reducuntur ad alios duos. Horum autem unus principalissimus est primus modus, secundum quem differentia substantiae dicitur qualitas, quia per eam aliquid significatur informatum et qualificatum. Et ad hunc modum reducitur qualitas quae est in numeris et mathematicis. Aliqua enim quaedam [illegible] qualitates sunt, scilicet quaedam differentiae substantiales mathematicorum. Nam ipsa significantur per modum substantiae [illegible] alia accidentia, ut in capitulo de quantitate dictum est. Illae enim qualitates differentiae sunt, aut

non motum aut non inquantum sunt mota. Et hoc dicit quia ad propositum non differre nunc mathematica sunt quaedam licet forte existimet secundum esse a motu separata. Illa vero sunt in rebus mobilibus secundum esse, sed separata secundum rationem; per hoc enim mathematica qualitates non moventur. Secundo autem motorum sed non inquantum sunt mota. Secundus modus est prout passiones motorum inquantum sunt mota, et differentiae motuum, secundum quas motus alterationes differunt secundum huiusmodi qualitates, sicut calefactio et infrigidatio secundum calidum et frigidum. Et ad hunc modum reducitur ille modus secundum quem virtus et vitium dicuntur qualitates. Hic enim modus est quaedam pars illius. Virtus enim et vitium ostendunt quasdam differentias motus et actus secundum bene et male. Nam virtus est per quam aliquid se habet bene ad agendum et patiendum, vitium autem per quod male. Et similiter est de aliis huiusmodi in illis animalibus, ut scientia. Sed hoc bonum et malum maxime pertinet ad qualitates moventes animata, et praecipue in habentibus prohaeresim, id est electionem. Et hoc ideo quia bonum habet rationem finis. Et ideo quae agunt per electionem agunt propter finem. Agere autem propter finem maxime competit rebus animatis. Res enim inanimatae agunt vel moventur propter finem, non tamquam cognoscentes finem, nec sicut agentes ad finem, sed potius ab alio in finem directae quae eis naturalem inclinationem dedit, sicut sagitta dirigitur in finem a sagittante. Bruta autem animalia cognoscunt quidem finem et appetitum ipsius; appetitu autem moventur se ipsa localiter ad finem, tamquam iudicium habentes de fine. Sed appetitus finis et eorum quae sunt propter finem determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod sunt magis acta quam agentia. Unde nec in eis est iudicium liberum. Rationalia vero in quibus solum est electio cognoscunt finem et proportionem eorum quae sunt in finem ipsum. Et ideo sicut seipsa movent ad finem, ita et seipsa movent ad appetendum ea quae sunt propter finem, ex quo est in eis electio libera.

Ad aliquid dicuntur etc. Hic determinat Philosophus de ad aliquid. Et circa hoc duo facit. Primo ponit modos eorum quae secundum se ad aliquid dicuntur. Secundo ponit modos eorum quae dicuntur ad aliquid non quia sua substantia etc. Circa primum duo facit. Primo enumerat modos eorum quae sunt ad aliquid. Secundo prosequitur de eis, ibi, Dicuntur autem primo etc. Ponit ergo tres modos eorum quae ad aliquid dicuntur. Quorum primus est secundum numerum et quantitatem, sicut duplum ad dimidium, et triplum ad tertiam partem, et multiplicatum ad partem multiplicis, id est submultiplicem, et continens ad contentum. Accipit autem hic continens pro eo quod excedit secundum quantitatem. Omne enim excedens secundum quantitatem continet in se id quod exceditur. Est enim hoc et amplius. Sic ergo continet in se tricubitum continens bicubitum. Secundus modus est prout aliquid dicitur ad aliquid secundum actionem et passionem, vel potentiam activam et passivam, sicut calefactivum ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, et sectivum ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, et universaliter omne activum ad passivum. Tertius modus est secundum quod mensurabile dicitur ad mensuram. Accipitur autem hic mensura et mensurabile non secundum quantitatem, haec enim ad primum modum pertinent, in quo utrumque dicitur ad alterum; nam duplum dicitur ad dimidium, et dimidium ad duplum, sed secundum mensurationem esse et veritatis. Veritas enim scientiae mensuratur a scibili. Ex eo enim quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est, et non e converso. Et similiter est de sensibili et sensu. Et propter hoc non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile et e converso, sicut in aliis modis, sed solum mensurabile ad mensuram. Et similiter etiam et imago dicitur ad id cuius est imago, tamquam mensurabile ad mensuram. Veritas enim imaginis mensuratur ex re cuius est imago. Ratio autem istorum modorum haec est. Cum enim relatio quae est in rebus consistat in ordine unius rei ad aliam, oportet tot modis huiusmodi relationes esse, quot modis contingit unam rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem una res ad aliam vel secundum esse, prout esse unius rei dependet ab alia, et sic est tertius modus. Vel secundum virtutem activam et passivam, secundum quod una res ab alia recipit vel alteri confert aliquid, et sic est secundus modus. Vel secundum quod quantitas unius rei potest mensurari per aliam, et sic est primus modus. Qualitas autem rei inquantum huiusmodi non respicit nisi subiectum in quo est. Unde secundum ipsam una res non ordinatur ad aliam nisi secundum quod qualitas accipit rationem potentiae passivae vel activae, prout est principium actionis vel passionis, vel ratione quantitatis vel alicuius ad quantitatem pertinentis, sicut dicitur aliquid albius alio, et sicut dicitur simile quod habet unam qualitatem. Alia vero genera magis consequuntur relationem quam possint relationem causare. Nam quando consistit in aliqua relatione rei ad tempus, ubi vero ad locum. Positio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum.

Dicuntur autem primo etc. Prosequitur de praedictis modis. Et primo de primo. Secundo de secundo, ibi, Activa vero et passiva etc. Tertio de tertio, ibi, Mensurabile vero etc. Circa primum duo facit. Primo ponit relationes quae consequuntur numerum. Secundo ostendit quae consequuntur unitatem absolute, ibi, Amplius aequale etc. Dicit ergo primo quod primus modus relationum est secundum numerum. Distinguitur autem multipliciter, quia aut est comparatio numeri ad numerum, aut numeri ad unum; quia vel est secundum comparationem numeri indeterminate ad numerum, aut ad unum, vel determinate. Unde dicit quod primus dicitur ad aliquid secundum numerum aut dictum simpliciter, id est indeterminate, aut determinate, aut ad eos, scilicet numeros, aut ad unum, id est ad unitatem. Secundum autem quod est in quantitatibus continuis aliquo modo derivatur a numero, non ponit relationes quae sunt secundum quantitates continuas, sed attribuit numero. Sciendum est autem quod proportio numeralis dividitur primo in duas species, scilicet in proportionem aequalitatis et inaequalitatis. Inaequalitatis autem sunt duae species, scilicet proportio excedentis et excessi, vel maioris et minoris. Prima species dividitur: maior enim quandoque est multiplex, quando scilicet aliquotiens continet ipsum, sicut sex continet duo; et si quidem contineat ipsum bis, dicitur duplum, sicut duo ad unum; si ter, triplum, sicut tria ad unum; si quater, quadruplum, et sic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum numerum minorem semel, et insuper aliquam partem eius, et tunc dicitur superparticularis. Et si quidem contineat totum et mediatam, vocatur sesquialter, sicut tria ad duo; si vero tertiam, sesquitertius, sicut quatuor ad tria; si quartam, sesquiquartus, sicut quinque ad quatuor, et sic de aliis. Quandoque vero numerus maior continet minorem totum semel, et insuper non solum unam sed plures partes eius, et tunc dicitur superpartiens. Et si quidem contineat duas partes, dicitur superbipartiens, sicut quinque se habent ad tria. Si autem tres, dicitur supertripartiens, sicut septem se habent ad quatuor. Si autem quatuor, sic est superquadripartiens, et sic se habent novem ad quinque. Quandoque vero numerus maior continet totum minorem pluries, et insuper aliquam partem eius, et tunc dicitur multiplex superparticularis. Et si quidem contineat ipsum bis et mediam partem, dicitur duplum sesquialterum, sicut quinque ad duo. Si autem ter et mediam partem eius, nominabitur triplum sesquialterum, sicut septem ad duo. Si autem quater, quadruplum sesquialterum, sicut novem ad duo. Et similiter ex parte superparticularis huiusmodi proportionis species sumuntur, ut dicitur duplum sesquitertium, quando maior numerus habet minorem bis, et tertiam partem eius, sicut septem se habent ad tria; vel duplum sesquiquartum, sicut novem ad quatuor, et sic inde. Quandoque vero numerus maior habet minorem totum pluries et plures partes eius, et tunc dicitur multiplex superpartiens; ut duplum superbipartiens, quando habet minorem numerum totum bis et duas partes eius, sicut octo ad tria; vel triplum superbipartiens, sicut undecim ad tria; vel duplum supertripartiens, sicut undecim ad quatuor: habet enim totum bis et tres partes eius. Et secundum has species sunt inaequalitatis ex parte eius quod exceditur. Nam minor numerus dicitur submultiplex, subsuperparticularis, subduplum, subsesquialterum, et sic de aliis. Sciendum autem quod prima species proportionis, scilicet multiplicativae, consistit in comparatione numeri ad unitatem. Quaelibet enim eius species invenitur primo in aliquo numero respectu unitatis. Duplum enim primo invenitur in binario respectu unitatis, et similiter proportio tripla in ternario respectu unitatis, et sic de aliis. Post autem in quibus invenitur aliqua proportio, invenitur secundum eam quae primo in eis. Sicut proportio dupla primo duorum ad unum; sex autem ad tria se habent in dupla proportione, quia tria se habent ad sex ut unum ad duo. Et similiter est in tripla proportione, et in omnibus aliis speciebus multiplicationis. Et ideo dicit quod ista relatio dupli est per hoc quod numerus determinatus, scilicet duo, refertur ad unum, id est ad unitatem. Multiplex vero importat relationem numeri ad unitatem, sed non alicuius determinati numeri, sed numeri in universali. Si enim determinatus numerus accipiatur, ut binarius vel ternarius, iam erit una species multiplicationis, ut dupla vel tripla. Sicut duplum se habet ad duo, et triplum ad tria, quia sunt numeri determinati, ita multiplex ad unitatem, quae significat numerum indeterminatum. Aliae autem proportiones non possunt attendi secundum numerum ad unitatem, scilicet neque superparticularis proportio, neque superpartiens, neque multiplex superparticularis, neque multiplex superpartiens. Omnes enim hae proportiones considerantur secundum quod maior numerus continet totum minorem semel vel aliquotiens, et insuper aliquam vel aliquas partes eius. Unitas autem non habet partem, unde hae proportiones non possunt attendi secundum comparationem numeri ad unitatem, sed secundum comparationem numeri ad numerum. Et hoc est quod dicit, quod vel secundum numerum determinatum vel secundum numerum indeterminatum. Si autem secundum numerum determinatum, sic est hemiolium, id est sesquialterum, aut epimorium, id est superparticulare. Proportio enim sesquialtera consistit in comparatione trium ad duo, sicut in primis numeris in quibus invenitur. Unde quod dicitur hemiolium vel sesquialterum importat relationem determinati numeri ad determinatum numerum, scilicet trium ad duo. Quod vero dicitur superparticulare refertur non secundum determinatos numeros, sicut et multiplex dicitur ad unum secundum numerum indeterminatum. Cum enim species inaequalitatis superius accipiantur secundum indeterminatos numeros, ut multiplex, superparticulare, superpartiens etc., species vero istarum accipiuntur secundum numeros determinatos, ut duplum, triplum, sesquialterum, sesquitertium, et sic de aliis. Quandoque enim aliquae quantitates continuae habent proportionem ad invicem, sed non secundum aliquem numerum, neque determinatum neque indeterminatum. Non enim est aliqua proportio numeri ad numerum vel numeri ad unum, inquantum quidem duorum numerorum est una mensura communis, scilicet unitas, quae aliquotiens sumpta reddit utrumque numerum. Non autem quarumlibet quantitatum continuarum invenitur esse una mensura communis, sed sunt quaedam quantitates continuae incommensurabiles, sicut diameter quadrati est incommensurabilis lateri. Et hoc ideo quia non est proportio eius ad latus, sicut proportio numeri ad numerum, vel numeri ad unum. Cum ergo dicitur in quantitatibus quod hoc est maius illo, vel se habet ad illud ut continens ad contentum, non solum hoc non attenditur secundum aliquam determinatam speciem numeri, sed nec indeterminate quod sit secundum numerum. Quodcumque enim est ad aliud commensurabile, quia numeri habent unam communem mensuram, scilicet unitatem. Sed continens et contentum non dicuntur secundum aliquam commensurationem. Continens enim ad contentum dicitur quod est tantum et adhuc amplius. Et hoc est indeterminatum, utrum sit commensurabile vel non commensurabile. Quantitas enim qualiscumque accipiatur, vel est aequalis vel inaequalis. Unde si non est aequalis, sequitur quod sit inaequalis, continens tamen ut non sit commensurabile. Patet ergo quod omnia praedicta dicuntur ad aliquid secundum numerum et passiones numeri, quae sunt commensurationes proportionis et huiusmodi.

Deinde cum dicit, Amplius aequale etc. Ponit relationes quae accipiuntur secundum unitatem, non per comparationem ad numerum. Et dicit quod alio modo dicuntur relative aequale, simile et idem. Haec enim dicuntur secundum unitatem. Nam eadem sunt quorum substantia est una; similia, quorum qualitas est una; aequalia, quorum quantitas est una. Cum autem unum sit principium numeri et mensura, patet quod et haec dicuntur ad aliquid secundum numerum, id est secundum aliquid ad genus numeri pertinens. Non tamen eodem modo sicut illa; nam priores relationes erant secundum numerum ad numerum, vel secundum numerum ad unum; haec autem ultima sunt secundum unum.

Deinde cum dicit, Activa vero et passiva etc. Prosequitur de secundo modo relationum, quae sunt in actione et passione. Et dicit quod activa et passiva dicuntur relative dupliciter: uno modo secundum potentiam activam et passivam, et alio modo secundum actiones harum potentiarum, quae sunt agere et pati; sicut calefactivum dicitur ad calefactibile secundum potentiam activam et passivam. Nam calefactivum est quod potest calefacere, calefactibile vero quod potest calefieri. Calefaciens autem ad calefactum, et secans ad sectum, dicuntur relative secundum actum potentiarum. Et differt iste modus relationum a primis qui sunt secundum numerum.

quia ibi actiones quae sunt per motum non sunt, aliquae actiones nisi per similitudinem, sicut multiplicare, dividere et huiusmodi, ut in aliis [illegible]. Et ideo philosophus dicit quod mathematica abstrahunt a motu. Et ideo in eis esse non possunt huiusmodi actiones quae sunt secundum motum, ut dictum est. Sciendum est autem quod in relationibus quae dicuntur secundum potentiam activam et passivam attenditur diversitas secundum diversa tempora. Quaedam enim dicuntur relative secundum tempus praeteritum, sicut quod fecit ad id quod factum est, ut pater ad filium, quia iste genuit, ille genitus est, quae differunt per fecisse et passum esse. Quaedam vero per tempus futurum, sicut facturum ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illae relationes quae dicuntur per privationem potentiae, ut impossibile et invisibile. Dicitur enim aliquid impossibile huic vel illi, et invisibile. Deinde cum dicit Quae vero secundum numerum etc. ponit tertium modum relationum, et dicit quod iste tertius modus differt a primis, quia in primis utrumque dicitur relative ex eo quod ipsum ad aliud refertur, non ex eo quod aliud referatur ad ipsum. Duplum enim refertur ad dimidium, et e converso; et similiter pater ad filium, et e converso. Sed in hoc tertio modo dicitur aliquid relative ex eo solum quod aliquid refertur ad ipsum. Sicut patet quod sensibile et scibile, vel intelligibile et sensibile dicuntur relative, quia alia referuntur ad illa. Scibile enim dicitur aliquid per hoc quod habetur scientia de ipso, et similiter sensibile dicitur aliquid quod potest sentiri. Unde non dicuntur relative propter aliquid quod sit ex parte eorum, quod sit vel qualitas vel actio vel passio, sicut in praemissis relationibus accidebat, sed solum propter actiones aliorum, quae tamen in ipsa non terminantur. Si enim videre esset actio videntis perveniens ad rem visam sicut calefactio pervenit ad calefactibile, sicut calefactibile refertur ad calefaciens, ita visibile referretur ad videntem. Sed videre et intelligere et huiusmodi actiones, ut in nono huius dicetur, manent in agentibus, et non transeunt in aliquid exterius passum. Unde visibile et scibile non patitur aliquid ex hoc quod intelligitur vel videtur. Et propter hoc non ipsamet referuntur, sed alia ad ipsa. Et simile est in omnibus aliis in quibus dicitur aliquid relative propter relationem alterius ad ipsum, sicut dextrum et sinistrum in columna. Cum enim dextrum et sinistrum designent principia motuum in rebus animatis, columnae et aliis inanimatis attribui non possunt nisi per hoc quod animalia aliquo modo se habent ad ipsa, sicut columna dicitur dextera quia homo est ei sinister. Et simile est de imagine respectu exemplaris, et denario qui fit pretium emptionis. Et in omnibus his tota ratio referendi in duobus extremis pendet ex altero. Et ideo omnia huiusmodi quodammodo se habent ut mensurabile et mensura. Nam ex eo omne aliquid mensuratur quod a quo ipsum dependet. Sciendum est autem quod quamvis scientia secundum nomen videatur referri ad scientem et ad scibile, dicitur enim scientia scientis et scientia scibilis, et intellectus ad intelligentem et intelligibile, tamen intellectus secundum quod ad aliquid dicitur non dicitur ad hoc cuius est sicut subiectum. Sequeretur enim quod ad idem bis diceretur. Constat enim quod intellectus dicitur ad intelligibile. Si autem diceretur et ad intelligentem, bis diceretur ad aliquid. Et cum esse relativi sit ad aliud quodammodo se habere, sequeretur quod idem haberet duplex esse. Et similiter patet de visu, quod non dicitur ad videntem, sed ad obiectum quod est color vel aliquid aliud tale. Et quod dicit [illegible], quod invenitur in nocte non per proprium colorem, ut habetur in libro De anima. Quamvis hoc recte possit dici, scilicet quod visus sit videntis, refertur autem visus ad videntem non in quantum est visus, sed in quantum est accidens vel potentia eius. Ad hoc enim respicit ad aliquid, non autem secundum se, nisi in quantum est accidens. Sic ergo patet quod isti sunt modi quibus aliqua dicuntur secundum se ad aliquid.

Deinde cum dicit Alia vero etc. ponit tres modos quibus aliqua dicuntur ad aliquid non per se, sed secundum aliud. Quorum primus est cum aliquid dicitur ad aliquid quia hoc quod sua genera sunt ad aliquid, sicut medicina dicitur ad aliquid quia scientia est ad aliquid; dicitur enim quod medicina est scientia sanitatis. Secundus modus est quando aliquid attribuitur alicui ad quod dicitur, sicut aequalitas et similitudo dicuntur ad aliquid quia illa relative ad aliquid sunt; aequalitas enim et similitudo secundum se non dicuntur ad aliquid. Tertius modus est cum aliquid dicitur ad aliquid per accidens, sicut homo vel album dicitur ad aliquid quia utrique accidit album esse [illegible] dicitur ad aliquid quia est pater.

Perfectum vero dicitur etc. Postquam philosophus distinxit nomina quae significant causas et subiecta scientiae huius, hic incipit distinguere nomina quae significant ea quae se habent per modum passionum. Et dividitur in partes duas. In prima distinguit nomina significantia ea quae pertinent ad perfectionem entis. In secunda distinguit nomina quae pertinent ad entis defectum, ibi, Falsum dicitur uno modo etc. Circa primum duo facit. Primo distinguit nomina significantia quae pertinent ad perfectionem entis. Secundo pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim et totum aut est idem aut fere idem significant, ut dicitur in tertio Physicorum, ibi, Ex alio esse dicitur etc. Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen perfectum. Secundo distinguit quaedam nomina quae significant quasdam perfectiones perfecti, ibi, Terminus dicitur etc. Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliquid dicitur perfectum secundum se. Secundo modos quibus aliquid dicitur perfectum per respectum ad alia, ibi, Alia vero etc. Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliquid secundum se perfectum dicitur. Secundo quomodo per hos modos aliquid diversimode perfectum dicitur, ibi, Secundum se autem quaecumque etc. Dicit ergo primo quod perfectum uno modo dicitur extra quod non est accipere aliquid eius, idest particulam, sicut homo dicitur perfectus quando nulla pars deest. Et tempus dicitur perfectum quando non est accipere extra aliquid quod sit tempus eius, sicut dicitur dies perfectus quando nulla pars diei deest. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum virtutem. Et sic dicitur aliquid perfectum quod non habet hyperbolem, idest superexcedentiam vel superabundantiam ad hoc quod aliquid bene fiat secundum genus illud, nec defectum. Hoc enim dicitur bene se habere, ut dicitur in secundo Ethicorum, quod nec habet plus nec minus quam debet. Et sic dicitur perfectus medicus et perfectus fistulator, qui non deficiat eis ad quod pertineat ad speciem propriae virtutis. Et quando dicitur bonus medicus et bonus fistulator. Virtus enim est quae bonum facit habentem et opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modum transumptive utimur nomine perfecti etiam in malis. Dicimus enim perfectum sycophantam, idest calumniatorem, et perfectum latronem, qui in nullo deficit ab eo quod competit eis in quantum sunt tales. Nec est mirum si in istis quae magis sonant defectum utimur nomine perfectionis, quia et cum sunt mala, utimur in eis nomine bonitatis per quamdam similitudinem. Dicimus enim bonum latronem et bonum calumniatorem, quia sic se habent in suis operibus, licet malis, sicut bonus in bonis. Ex quo accipitur quod dicatur perfectum per comparationem ad virtutem ex hoc provenit, quia virtus est quaedam perfectio rei.

Unumquodque enim tunc est perfectum quando nulla pars magnitudinis illius quae competit ei secundum speciem propriae virtutis deficiat ei. Sicut naturales res illius habent determinatam mensuram magnitudinis secundum quantitatem continuam, ut dicitur in secundo de Anima. Ita quaelibet res habet determinatam quantitatem sive virtutis [illegible] determinata secundum unumquodque cum aliqua latitudine tamen. Est enim aliqua quantitas ultra quam nulla res eius protenditur in magnitudine, et est aliqua quantitas quam non excedit in parvitate. Ita et ex utraque parte determinatur aliquibus eis quantitas virtutis. Equi enim aliqua est virtus equi qua maior in nullo equo invenitur, et est aliqua alia citra qua nulla est eam minor. Sicut ergo primus modus perfecti accipiebatur ex hoc quod rei nihil deerat de quantitate dimensiva sibi naturaliter determinata, ita hic secundus modus accipitur ex hoc quod nihil deest alicui de quantitate virtutis sibi debitae secundum naturam. Utrumque autem modum perfectionis attendit secundum perfectionem interiorem. Tertium modum ponit per respectum ad exterius, perfectum idest ampliter quibus inest finis etc. Dicit quod illa dicuntur tertio modo perfecta quibus inest finis, idest quae iam consecuta sunt finem, si tamen ille finis sit studiosus, idest bonus, sicut homo qui iam consequitur beatitudinem. Qui autem consequitur finem in malis magis dicitur deficiens quam perfectus, quia malum est privatio perfectionis debitae. In quo patet quod mali qui suam perficiunt voluntatem non sunt feliciores, sed infeliciores. Quia cum finis est quoddam ultimum, ideo per quamdam similitudinem transferimus nomen perfectionis ad ea quae perveniunt ad ultimum, licet id sit malum, sicut dicitur aliquid perfecte perditum vel corruptum quando nihil deest de perditione rei.

Deinde cum dicit Secundum quod etc. ostendit quomodo aliqua diversimode se habent ad praedictos modos perfectionis. Et dicit quod quaedam dicuntur secundum se perfecta duobus modis. Alia quidem quia in nullo deficiunt a bonitate, nec aliquid habent hyperbolem, idest excedentiam, quia in nullo excellentius inveniuntur; nec extra aliquid est accipere quod indigeret exteriori bonitate. Et haec est conditio primi principii, scilicet Dei, in quo est perfectissima bonitas, cui nihil deest de omnibus perfectionibus in singulis generibus inventis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere ex eo quod in ea ad id genus pertinentia non habent hyperbolem, idest excedentiam, quia ad eius deficiat eorum quae illius generis debent, nec aliquid eorum quae ad perfectionem illius generis pertinet est extra ea, quod eis careant. Sicut homo dicitur perfectus quando iam adeptus est beatitudinem. Et sic fit haec distinctio quantum ad secundum modum perfectionis supra positum. Item patet quantum ad primum, ut tangit philosophus in primo caeli et mundi; nam corpus perfectum est quantitas perfecta secundum suum genus, quia habet tres dimensiones quibus non sunt plures. [illegible] dicitur perfectum universum, quod nihil est extra ipsum.

Deinde cum dicit Alia iam etc. ponit modum secundum quem aliqua dicuntur perfecta per respectum ad alia. Et dicit quod alia dicuntur perfecta per se, idest per proportionem ad perfectum, quae sunt per se perfecta, vel ex eo quod faciunt ad perfectum aliquo praedictorum modorum, sicut medicina perfecta quae facit sanitatem perfectam; aut ex eo quod habent ad perfectum, sicut homo perfectus qui habet perfectam scientiam; aut congruendo illi, scilicet perfecto, sicut illa quae habent similitudinem ad perfectum, ut imago dicitur perfecta quae repraesentat hominem perfecte; aut qualitercumque aliter referuntur ad ea quae dicuntur secundum se perfecta praedictis modis.

Terminus dicitur etc. Hic prosequitur de nominibus quae significant conditiones perfecti. Perfectum autem, ut ex praemissis patet, est tantum absolutum, non dependens ab alio, non privatum, se habens ea quae sibi secundum suum genus competunt. Unde primo ponit hoc nomen terminus. Secundo hoc quod dicitur per se, ibi, Secundum quod dicitur etc. Tertio hoc nomen habitus, ibi, Habitus vero dicitur etc. Circa primum tria facit. Primo ponit quatuor modos termini, dicens quod terminus dicitur quod est ultimum cuiuslibet rei, ita quod nihil de re relatum est extra ipsum terminum, et omnia quae sunt ei continentur intra ipsum. [illegible] principium [illegible] ultimum [illegible]. Ponit autem modos quibus dicitur terminus, quorum primus est secundum quod aliqualis species magnitudinis vel habentis magnitudinem dicitur terminus, sicut punctus dicitur terminus lineae, et superficies corporis vel lapidis habentis quantitatem. Secundus modus est prout secundum quod unum extremum motus vel actionis dicitur terminus, hoc scilicet ad quod est motus, non a quo. Sic terminus generationis est esse, non autem non esse. Quamvis quandoque extrema motus dicantur termini largo modo, scilicet et a quo et ad quem, ut dicimus quod omnis motus est inter duos terminos. Tertio modo dicitur terminus cuius causa fit aliquid. Hoc enim est ultimum intentionis, sicut terminus secundo modo dictus est ultimum motus vel operationis. Quartus modus est prout substantia rei quae est eius essentia et definitio significans quid est res dicitur terminus. Est enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus signis exterioribus quibus pervenitur ad cognoscendam rei definitionem, quo cum perventum fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dicitur terminus cognitionis definitio, quia infra ipsam continentur ea per quae scitur res. Si enim una differentia vel additur vel subtrahitur, iam non erit eadem res. Si autem est terminus cognitionis, consequens est quod sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad rem cognitam. Tertio ibi, Quare palam etc. concludit comparationem eius ad principium, dicens quod quoties dicitur principium, toties dicitur terminus; et addit amplius, quia omne principium est terminus, sed non omnis terminus est principium. Id enim ad quod est motus est terminus, nullo modo principium; id autem a quo est motus est principium et terminus, ut ex praedictis patet.

Secundum quod dicitur etc. Hic determinat de per se. [illegible] dispositionem determinatam, de nomine dispositionis, idest dispositio dicitur etc. Et primo ponit modos eius, quod dicitur secundum quod quatuor. Primus modus est prout species, idest forma vel essentia rei, idest quod quid erat esse dicitur, sicut secundum Platonicos per se bonum, idest idea boni, secundum quod aliquid bonum dicitur. Secundus modus est prout subiectum in quo primo aliquid natum est fieri dicitur secundum quod, sicut color primo fit in superficie; unde dicitur corpus esse coloratum secundum superficiem. Hic autem modus dicitur ad praedictos, quia praedictus pertinet ad formam, et hic pertinet ad materiam. Tertius modus est prout universaliter quaelibet causa dicitur secundum quod. Unde quaeritur secundum quod quis venit, idem enim est quaerere secundum quod venit et cur venit, et

Et per eandem metaphoram mors dicitur finis quia est ultimum. Sed finis non solum habet quod sit ultimum, sed etiam quod sit cuius causa fit aliquid, quod non est mors vel corruptio.

liter secundum quod syllogizatur aut syllogizatur, et quia contra sunt syllogismi aut prosyllogismi. Quartus modus est prout secundum quod significat positionem, et hoc sicut dicitur iste stetit secundum hunc, id est iuxta hunc, et iste vadit secundum hunc, id est iuxta hunc. Quae omnia significant positionem et locum, et hoc maxime in graeco ydiomate apparet. Demum autem dicit quare per se etc., concludit ex praedictis multipliciter modos dici per se ut secundum se. Quorum primus est prout dicitur significans quid est esse unicuique, quod dicitur eius esse secundum se, sicut callias secundum se est quid erat esse callias, id est ratio. Nam secundum hunc quod unum inest secundum se alteri, nec solum tota diffinitio dicitur de diffinito per se, sicut callias est animal per se; animal enim inest in ratione callie. Nam callias est quoddam animal, et ponetur in ratione eius diffinitionem singularium diffinitionem habere possent. Et hic duo modos sub uno comprehendit. Nam eadem ratione diffinitio et partes diffinitionis per se de unoquoque praedicantur. Et est hic primus modus per se qui ponitur in libro posteriorum, et continetur sub modo eius quod dicitur per se quod superius positum. Secundus modus est qui ostenditur esse in aliquo sicut in primo subiecto. Tunc enim est ei per se quod dicitur de ipso, quia vel primum subiectum accidentis est ipsum totum subiectum de quo praedicatur, sicut superficies dicitur colorata vel alba secundum se. Primum enim subiectum coloris est superficies; corpus non dicitur coloratum nisi ratione superficiei. Vel aliqua pars eius, sicut homo dicitur vivens per se, quia aliqua pars eius est primum subiectum vitae, scilicet anima. Et hic est secundus modus dicendi per se in posterioribus positus, qui scilicet subiectum ponitur in diffinitione praedicati. Subiectum enim ponitur in diffinitione proprii accidentis. Tertius modus est prout dicitur secundum se esse id cuius non est aliqua alia causa, sicut omnes propositiones immediatae, quae scilicet per aliquid medium non probantur. Nam medium in demonstrationibus propter quid est causa quod praedicatum insit subiecto. Unde homo licet habeat multas causas, sicut animal et bipes, quae sunt causae formales eius, tamen huius propositionis homo est homo, cum sit immediata, nulla est causa; et propter hoc homo est homo secundum se. Et ad hunc modum reducitur quartus modus dicendi per se in posterioribus positus, quando effectus per se causae inest, ut cum dicitur interfectus interiit, vel interfectum resolvit (?). Quintus modus est prout illa dicuntur secundum se inesse alicui quae ei soli insunt inquantum solum. Unde dicitur ad distinctionem praedictorum modorum in quibus non dicebatur secundum se inesse ex eo quod est soli inesse, cum quandoque ... soli inest dicitur distinctum. Hic autem per se dicitur quasi solitarium. Nam hoc quod dico secundum se significat ad separatum. Sic dicitur homo secundum se esse qui solus est. Et ad hunc reducitur tertius modus dicendi per quem proprium inest.

[Margin: ... quare ... in diffinitione dicitur quae ... de diffinitione per se [illegible]]

Dispositio dicitur etc. Quia secundum quartum modum positionem significat, ideo consequenter prosequitur de nomine dispositionis et positionis. Et dicit quod dispositio nihil aliud est quam ordo partium in habente partes. Ponit tres modos quibus dicitur dispositio, quorum primus est secundum ordinem partium in loco, et sic dispositio sive situs est quoddam praedicamentum. Secundus modus est prout ordo partium attenditur secundum potentiam sive virtutem, et sic dispositio ponitur in prima specie qualitatis. Dicitur enim aliquid hoc modo esse dispositum ut puta secundum sanitatem vel aegritudinem, ex eo quod partes eius habent ordinem in virtute activa vel passiva. Tertius modus est prout ordo partium attenditur secundum speciem totius, et sic dispositio sive situs ponitur differentia in genere quantitatis. Dicitur enim quantitas alia est habens positionem, ut linea, superficies, corpus et locus, alia non habens, ut numerus et tempus. Omnes autem hos modos dispositio ordinem significat. Significat enim positionem sicut ipsum nomen compositum demonstrat, et ratione autem positionis est ordo.

Habitus dicitur etc. Hic prosequitur de nomine habitus. Et primo distinguit ipsum nomen habitus. Secundo quaedam nomina quae habent propinquam significationem ad hoc nomen, ibi passio dicitur etc. Ponit ergo primo duos modos quibus hoc nomen habitus dicitur. Quorum primus est ad medium inter habentem et habitum. Habere enim licet non sit actio, tamen significat per modum actionis. Unde inter habentem et habitum intelligitur esse medius quaedam actio, sicut calefactio intelligitur esse media inter calefaciens et calefactum. Sed istud medium accipiatur ut actio, sic quidem calefactio accipitur active; si ut motus, sic quidem calefactio accipitur passive, quia ei hoc faciat vero sic ut est media factio. In graeco habetur expressius quod factionem significat. Ubi procedit ab agente in patiens, est medium secundum activa, quae est actus agentis vel facientis; si vero procedat actio in factionem, sic est medium secundum passiva, quae est motus facti. Et ita inter hominem habentem vestem et vestem habitam est medius habitus, qui si consideretur procedens ab homine ad vestem, erit ut actio, prout significatur in hoc quod dicitur habere; si vero consideretur ut passio motus, prout significatur in hoc quod dicitur haberi. Considerandum autem est quod habitus intelligitur esse medius inter hominem et vestem. Ideo praedicta habitudo aliqua est quod non contingit ipsum habere ipsum habitum medium, quia si aliquis sit alius habitus medius inter habentem et ipsum habitum medium, sic enim in infinitum procederetur. Sed dicatur quod contingit habere habitum habitus, scilicet rei habitae; homo enim habet habitum, id est vestem, sed illum habitum rei habitae non habet aliquo medio habitu. Sicut homo faciens facit factum factione media, sed ipsam mediam factionem non facit aliqua alia factione media. Et hoc est quia relationes quibus subiectum refertur ad aliquid non referuntur ad subiectum aliqua alia relatione media, nec etiam ad oppositum, sicut paternitas nec ad patrem nec ad filium refertur aliqua alia relatione media; et aliquae relationes mediae dicuntur, sunt rationes tamen rei. Habitus autem sic acceptus est unum praedicamentum. Secundo modo dicitur habitus dispositio secundum quam aliquid disponitur bene vel male, sicut sanitate aliquis disponitur bene, aegritudine male. Et iterum aliquid bene vel male disponitur quandoque scilicet aut per se aut per respectum ad aliud. Sic sanitas est qua est bene dispositum per se, robur autem est bene dispositum ad aliquid agendum. Unde sanitas est habitus quidam, quia est talis dispositio sicut dictum est. Non solum autem habitus dicitur dispositio totius, sed et dispositio partis, quae est pars dispositionis totius. Sicut enim bonae dispositiones partium animalis sunt partes bonae habitudinis in toto animali, et virtutes et partes animae sunt quidam habitus, sicut castitas, fortitudo, iustitia et temperantia rationalis.

Passio dicitur etc. Hic prosequitur de illis quae consequuntur ad habitum. Et primo de his quae se habent ad habitum per modum oppositionis. Secundo de eo quod se habet ad ipsum per modum effectus, id est de habere, quod ad habitum denominative dicitur, ibi habere vero dicitur etc. Habitui autem opponitur passio, sicut perfectum imperfecto; privatio autem opponitur directe. Unde primo determinat de passione, secundo de privatione, ibi privatio vero dicitur etc. Ponit ergo primo quatuor modos quibus passio dicitur. Primo modo dicitur qualitas secundum quam contingit alterari, sicut album et nigrum et huiusmodi. Et hoc est tertia species qualitatis, quae dicitur passio vel passibilis qualitas. Probatum est enim in septimo Physicorum quod sola circa tertiam speciem qualitatis potest esse alteratio. Secundus modus est secundum quod actiones harum qualitatum et alterationes quae fiunt secundum eas dicuntur passiones. Unde passio est unum praedicamentum, ut calefieri et infrigidari et huiusmodi. Tertio modo dicuntur passiones non quaelibet alterationes, sed quae sunt nocivae ad malum tendentes, et quae sunt lamentabiles seu tristes. Non enim dicitur aliquis pati secundum hunc modum quod sanatur, sed quod infirmatur. Unde ratio nocumenti accidit convenienter patiens; patiens enim per actionem agentis sibi contrarii trahitur a sua dispositione in dispositionem similem agenti. Et ideo magis proprie dicitur pati cum subtrahitur ab eo quod sibi convenit et adducitur in ipsum contraria dispositio, quam cum fit corruptio. Tunc enim magis proprie dicitur perfectio, quia illa quae modica sunt quasi nihil reputantur. Ideo quarto modo dicuntur passiones non quaecumque nocivae alterationes, sed quae habent magnitudinem nocumenti, sicut magnae calamitates et magnae tristitiae, quia et excedens levitas fit nociva, cum aliquis propter excessum levitatis aliquando moriatur, sicut ... per spiritus in... et huiusmodi. Ideo alia littera habet quod magnitudines lamentationum et exultationum passiones dicuntur. Cum quaedam alia translatio quae dicit magnitudines dolorum et prosperitatum. Sciendum autem quod habitus et dispositio et passio non significant genus praedicamenti nisi secundum unum modum significationis, ut ex praedictis patet. Et ideo non possunt ea cum aliis praedicamentis enumerari, scilicet quantitate, qualitate et aliis. Item et ideo vel duo vel plures modi ad genera pertineant significata per illa nomina praedicamentorum.

Privatio dicitur etc. Hic distinguit modos quibus dicitur privatio. Et quia privatio includit in sua ratione negationem et aptitudinem, ideo primo distinguit modos privationis ex parte aptitudinis, secundo ex parte negationis, ibi inaequale autem etc. Circa primum ponit quatuor modos. Primus modus est secundum quod aptitudo consideratur ex parte rei privatae, non ex parte subiecti. Dicitur enim hoc modo privatum quidem ab aliquo non habet id quod natum est haberi, licet hoc quod ipsum caret non sit natum habere. Sic planta dicitur privari oculis, quia oculi nati sunt haberi, licet non a planta. Et hoc modo non quod a nullo natum sit haberi non potest dici aliquid privari, sicut oculi visu penetrante per corpora opaca. Secundus modus attenditur secundum aptitudinem subiecti. Hoc enim modo dicitur privari hoc solum quod natum est id habere, aut secundum se aut secundum genus suum. Secundum se, sicut homo caecus dicitur privari visu, quia natus est habere secundum se. Talpa autem dicitur privari visu, non quia ipsa secundum se sit nata habere visum, sed quia genus eius, scilicet animal, natum est habere visum. Animalia enim sunt a quibus ad non impedit ratio generis sed ratio speciei. Sic homo non impedit quin habeat alas ratione generis, sed ratione speciei. Tertius modus attenditur secundum aptitudinem quae est ex parte circumstantiarum. Unde hoc modo dicitur aliquid privari aliquo si non habet ipsum habitum cum natum sit habere. Sicut caecitas, quae est quaedam privatio, tamen aliquis non dicitur caecus secundum quamcumque aetatem, sed si non habet visum in illa aetate in qua natum est habere. Unde catulus non dicitur caecus ante nonum diem. Et sic est de hac circumstantia quae est quando, et de aliis circumstantiis, scilicet in quo, ut in loco, sicut nox dicitur privatio lucis in loco ubi natum est esse lux, non in caveis ad quas lumen solis pervenire non potest. Et quid, sicut homo non dicitur edentulus si non habet dentes in manu, sed si non habet per illam partem per quam natus est habere. Et ad quid, sic homo non dicitur deficiens vel [in] statura si non est magnus secundum montem vel secundum aliquam aliam rem ad cuius comparationem non est natus habere magnitudinem. Et sic homo non dicitur carens motu si non currit cum velocitate sicut avis vel ventus vel ignis, sed sic non intelligatur sicut de aliis. Quartus modus est secundum quod ablatio cuiuslibet rei per violentiam dicitur privatio. Violentum enim est contrarium naturali, ut habitum est supra. Unde ablatio per violentiam est eius quod natum est haberi.

Deinde cum dicit inaequale autem etc., distinguit modos privationis ex parte negationis. Graeca enim continet hanc praepositionem a in compositionibus ad designandas negationes et privationes, sicut nos utimur hac praepositione in. Dicit ergo quod quotiens dicuntur negationes designatae ab hac praepositione a posita in principio dictionis, totiens dicuntur privationes. Dicitur enim inaequale uno modo quod non habet aequalitatem sed aptum natum est habere, et invisibile quod non habet colorem, et impes quod non habet pedes. Secundo modo dicuntur huiusmodi negationes non per hoc quod omnino non habet, sed per hoc quod est parve vel turpiter habere, sicut dicitur non habere colorem vel quia habet malum colorem vel turpem, et non habere pedes quia habet parvos vel turpes. Tertio modo significat ad privationem vel negationem ex hoc quod est parum habere, sicut dicitur in graeco apirinon, id est non igneum, quod est modicum de igne, et hoc modo quodammodo continet secundo, quia parum habere est quodammodo parve vel turpiter habere. Quarto modo dicitur aliquid privative vel negative ex eo quod non est faciliter vel non bene, sicut dicitur insecabile, non solum quia non secatur, sed quia non faciliter aut non bene. Quinto modo dicitur ad negationem vel privationem ex eo quod est omnino non habere. Unde monoculus non dicitur caecus, sed ille qui in ambobus caret visu. Ex hoc concludit quoddam corollarium, scilicet quod inter bonum et malum et iustum et iniustum est medium. Non enim ex quocumque defectu bonitatis efficitur aliquis malus, sicut stoici dicebant, ponentes omnia peccata esse paria; sed quando quis multum a virtute recedit, tunc contrarium habitum induit. Unde ut in secundo Ethicorum dicitur, quod eum qui parum recedit propter hoc non vituperamus.

Habere multipliciter dicitur etc. Hic ponit quatuor modos eius quod est habere. Quorum primus est habere ad inducendum aliquid secundum suam naturam in rebus naturalibus, aut secundum suum impetum in rebus voluntariis. Et hoc modo febris dicitur habere hominem, quia homo inducitur a naturali dispositione in dispositionem febrilem. Et hoc modo habent tyranni civitates, quia secundum voluntatem et impetum tyrannorum res

[Margin: prim.]

a tactu agitur. Et hoc secundo modo induti dicuntur habere vestimentum. Et quia vestimentum accipitur in induto et accipit figuram eius. Et ad hunc modum reducitur etiam habere possessiones, quia homo eas possidet secundum suam voluntatem. Tertius modus est prout id in quo est aliquid ut in proprio susceptivo dicitur habere id, sicut es habet speciem statue, et corpus habet infirmitatem. Et sub hoc modo comprehenditur habere scientiam et sanitatem et qualitatem accidentalem vel passibilem. Quartus modus est secundum quod continens dicitur habere contentum, et contentum haberi a continente, sicut dicitur quod lagena habet humidum, id est humorem aliquem, ut aquam vel vinum, et quod civitas habet homines et navis habet nautas. Et per hunc modum etiam dicitur quod totum habet partes. Totum enim continet partes sicut et locus locatum. Aliter tamen dicitur locus continere, quia locus est divisus a locato, non autem totum a partibus. Unde locatum est sicut pars divisa, ut habetur in iiii. Physicorum. Quintus modus est secundum quod aliquid dicitur habere aliquid ex eo quod prohibet ipsum operari vel moveri secundum suum impetum, sicut columpne dicuntur habere corpora ponderosa imposita super eas, quia prohibent ea descendere deorsum secundum inclinationem. Et isto modo poete dixerunt quod athlaus habet celum. Fingunt enim poete quod athlaus est quidam gigas qui sustinet celum ne cadat super terram. Quod etiam quidam naturales dixerunt, qui ponebant quod celum quandoque corrumperetur et sic aliquando caderet super terram. Et hoc fuit ex opinione eorum qui posuerunt mundum incipere et desinere generari. Hec autem poetica ex veritate originem habet. Athlas enim quidam magnus astrologus fuit, subtiliter motus celestium corporum perscrutatus, ex quo fictio processit quod ipse celum sustineret. Dicit autem hic modus habendi; nam ipsum hoc cogebat sequi suum impetum, et sic erit eius motus violentus. Hic autem hoc prohibens dicitur habere motum illius, unde est contra impetus violentie. Ad hunc autem modum reducitur etiam modus quo continens dicitur habere contenta, ea ratione quod contenta suo impetu singula separarentur ab invicem nisi continens prohiberet, sicut paries lagene continentis aquam, quia alias partes aque ab invicem separarentur. Dicit autem quod esse in aliquo consequitur ad modos habendi. Quorum enim modi essendi in .iiii. Physicorum positi, quorum duo sunt secundum quod totum integrale est in partibus et e converso, et alius modus secundum quod locatum est in loco, consequitur tertium modum habendi, secundum quod totum habet partes et locus locatum. Modus autem secundum quem aliquid dicitur esse in aliquo ut in efficiente vel movente, sicut que sunt regni in rege, consequitur quintum modum habendi positum. Modus autem essendi secundum quod forma est in materia reducitur ad secundum modum habendi hic positum. Modus autem quo aliquid est in fine reducitur ad modum habendi quartum hic positum vel ad primum, quia secundum finem movetur et regitur ea que sunt ad finem.

Ex aliquo dicitur esse etc. Incipit prosequi de hiis que pertinent ad rationem totius et partis. Et primo de hiis que pertinent ad partem. Secundo de hiis que pertinent ad totum, ibi: totum dicitur etc. Et quia ex partibus constituitur totum, ideo circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur aliquid esse ex aliquo. Secundo quot modis dicitur pars, ibi: pars dicitur uno quidem modo etc. Circa primum tria facit. Primo ponit modos quibus aliquid ex aliquo fieri dicitur proprie. Secundo modum quo fit aliquid ex aliquo, sed non proprie, ibi: alia vero secundum partem etc. Tertio modos quibus fit aliquid ex aliquo non proprie, ibi: alio vero etc. Circa primum ponit v. modos, quorum primus est secundum quod aliquid dicitur esse ex aliquo ut ex materia. Et quidem dupliciter: vel uno modo secundum quod accipitur materia primi generis, sicut aqua est materia omnium liquabilium, et omnia dicuntur esse ex aqua; alio modo secundum speciem ultimam, id est specialissimam, sicut hoc speciale quod est statua dicitur fieri ex ere. Secundo modo dicitur aliquid esse ex aliquo ut ex principio primo movente, sicut pugna ex convicio, quia est principium motivum animi concitati ad pugnandum. Et sic etiam dicitur quod domus est ex edificatore et sanitas ex medicina. Tertio modo dicitur fieri ex aliquo sicut simplex ex composito, ex materia et forma. Et hec est via resolutionis, sicut dicitur quod partes fiunt ex toto, et versus ex illiade, id est ex toto tractatu Homeri; resolvitur enim versus sicut totum in partes. Et dicitur quod lapides sunt ex domo. Totum autem hoc est quia forma est finis generationis, perfectum autem dicitur quod habet finem, ut supra dictum est. Unde patet quod perfectum est quod habet formam. Quando igitur ex toto perfecto fit resolutio partium, est motus quasi a forma ad materiam. Sic e converso cum partes componuntur est motus a materia in formam. Et ideo hec prepositio ex, que principium designat, utrobique competit: et via compositionis, que designat principium materiale, et via resolutionis, que designat principium formale. Quarto modo dicitur aliquid fieri ex aliquo sicut species ex parte speciei. Pars autem speciei potest accipi dupliciter, aut secundum rem aut secundum rationem, sicut bipes est pars hominis, quia est pars definitionis eius, quamvis secundum rem non sit pars, quia aliter non predicaretur de toto: totus enim homo non potest habere duos pedes. Secundum rem vero sicut sillaba est ex elemento, id est ex littera, sicut ex parte speciei. Hic autem quartus modus differt a primo, nam primus dicebatur esse ex parte materie, sicut statua ex ere. Nam hoc ipsum quod est ex ere statua est compositum ex sensibili materia tamquam ex parte sive ex materia. Sed et species componitur ex materia speciei. Sunt enim partes quedam partes speciei, quedam partes materie. Partes quidem speciei dicuntur a quibus dependet perfectio speciei et sine quibus species esse non potest. Unde tales partes in definitione totius ponuntur, sicut animal in definitione hominis, et angulus in definitione trianguli, et littera in definitione sillabe. Partes vero materie dicuntur ex quibus species non dependet, sed quodammodo accidunt speciei, sicut accidit statue quod fiat ex ere vel ex quacumque materia. Accidit etiam circulo quod dividatur in duos semicirculos, et triangulo recto quod angulus acutus sit eius pars. Unde huiusmodi partes non ponuntur in definitione totius speciei, sed potius e converso, ut in vii. huius. Sic ergo patet quomodo dicitur ex aliquo fieri ut ex parte speciei. Aliqua vero dicuntur ex aliquo fieri non proprie, sed secundum partem, et hoc secundum quemdam predictorum modorum, sicut puer dicitur fieri ex patre sicut ex principio movente et ex matre sicut ex materia, quia quedam pars patris movet, scilicet sperma, et quedam pars matris est materia, scilicet menstruum; et plante fiunt ex terra, non quidem ex toto, sed ex aliqua eius parte. Alio modo dicitur aliquid fieri ex aliquo non proprie. Proprie enim hec prepositio ex significat non solum ordinem, sed causam. Quia tamen ponitur prout importat solum ordinem, ideo aliquid dicitur fieri ex aliquo post quod fit, sicut nox fit ex die, id est post diem, et hyems ex serenitate, id est post serenitatem. Hoc autem dicitur dupliciter, quia aut in hiis quorum unum dicitur fieri ex altero attenditur ordo secundum motum, non solum secundum tempus, quia vel sunt duo extrema motus, ut cum dicitur quod album fit ex nigro, vel consequuntur aliqua extrema motus, sicut nox et dies, scilicet consequuntur diversa ubi solis, et similiter hyems et estas.

unum in quibusdam dicitur hoc fieri post hoc, quia habent terminum adiunctum, ut in predictis patet. Quandoque vero attenditur ordo secundum tempus tantum, sicut dicitur quod ex equinoctio fit navigatio, id est post equinoctium. Hec enim duo non sunt duo extrema unius motus, sed ad diversos motus pertinent. Et similiter dicitur quod ex dyonisiis fiunt targelia, quia fiunt post dyonisia. Hec autem sunt quedam festa que apud gentiles celebrantur, quorum unum erat prius et aliud posterius.

Pars dicitur etc. Hic ponit iiii. modos quibus dicitur esse pars. Primo modo pars dicitur id in quod dividitur aliquid secundum quantitatem. Et hoc dupliciter. Uno modo cum quantitatum sumitur quantitas minor in quam maior dividitur, dicitur eius pars. Semper enim id quod aufertur a quantitate dicitur pars eius, sicut duo aliquo modo sunt pars trium. Alio modo dicitur solum pars quantitas minor que mensurat maiorem. Et sic duo non sunt pars trium, sed duo sunt pars iiii., quia bis duo sunt quatuor. Secundo modo dicuntur partes in que dividitur aliquid sine quantitate. Et per hunc modum species dicuntur esse partes generis. Dividitur enim genus in species, non sicut quantitas in partes quantitatis. Nam tota quantitas non est in una suarum partium, genus vero est in qualibet specierum. Tertio modo dicuntur partes in que dividitur aut ex quibus componitur aliquod totum, sive sit species sive sit habens speciem, scilicet individuum. Sunt enim quedam partes speciei et quedam partes materie, que sunt partes individui. Sed es est pars sphere eree aut cubi erei, sicut materia in qua species est recepta. Unde es non est pars speciei, sed pars habentis speciem. Est autem cubus corpus contentum sex superficiebus quadratis. Angulus autem est pars trianguli sicut pars speciei, sicut supra dictum est. Quarto modo dicuntur partes que ponuntur in definitione cuiuslibet rei, que sunt partes definitionis vel rationis, sicut animal et bipes sunt partes hominis. Ex quo patet quod genus hoc quarto modo est pars speciei, aliter vero quam secundo modo species est pars generis. Secundo enim modo sumebatur pars prout est subiectiva pars universalis, in aliis autem tribus prout est pars integralis. Sed in primo prout pars quantitatis, in aliis autem duobus prout pars essentie. Tamen quod pars secundum tertium modum est pars rei, sive sit pars speciei sive sit pars individui, in quarto autem modo est pars rationis.

Totum dicitur etc. Hic prosequitur de hiis que pertinent ad totum. Et primo de toto simpliciter. Secundo de toto quodam, scilicet de genere, ibi: genus dicitur etc. Circa primum duo facit. Primo prosequitur de ipso nomine totius. Secundo de eius opposito, scilicet de colobon, ibi: colobon autem dicitur etc. Circa primum tria facit. Primo ponit rationem communem totius, que consistit in duobus. Primo in hoc quod perfectio totius integratur ex partibus, et hoc significat cum dicit quod totum dicitur cui nulla suarum partium deest, ex quibus dicitur totum naturaliter, id est ex quibus scilicet partibus totum secundum suam naturam constituitur. Secundum est quod partes uniuntur in toto. Et sic dicit quod totum est continens contenta, scilicet partes, ita quod illa contenta sint aliquid unum in toto. Secundo ibi: hoc autem dupliciter etc., ponit duos modos totius, dicens quod totum dicitur dupliciter: aut ita quod utrumque contentorum continentium sit ipsum unum, scilicet totum continens, quod est in toto universali; aut sic quod ex partibus constituatur unum, non ita quod quelibet partium sit illud unum. Et hoc est totum integrale, quod de nulla suarum partium integralium predicatur. Tertio ibi: illud quidem etc., exponit predictos modos totius. Et primo primum,

dicens quod universale et quod totaliter, id est quod communiter dicitur, quasi sit aliquod unum totum, ex hoc est quod predicatur de unoquoque, sicut universale quod continet multa ut partes inquantum predicatur de unoquoque, et omnia illa sunt unum in toto universali, ita tamen quod unumquodque illorum est id unum totum. Sicut animal continet hominem et equum et deum, quia omnia sunt animalia, id est quia predicatur de unoquoque. Deum autem dicit vel aliquod corpus celeste, ut solem vel lunam, que antiqui animata esse dicebant et deos putabant, vel aliqua quedam aerea, que platonici dicebant esse demones, et pro diis colebantur a gentibus. Secundo ibi: continuum vero etc., exponit modum secundum unum qui pertinet ad totum integrale. Et dicit quod continuum et finitum, habens terminum, dicitur totum et perfectum in toto quod dividitur in partes quantitatis, quod est maxime totum. Dicit autem ad finitum, quia finitum est perfectum et totum. Nam infinitum non habet rationem totius, sed partis, ut dicitur in iii. Physicorum. Quia scilicet unum aliquid fit ex pluribus que insunt toti. Et hoc dicit ad removendum modum quo aliquid fit ex aliquo sicut ex contrario. Partes autem ex quibus constituitur totum dupliciter possunt esse in toto: uno modo in potentia, alio modo in actu. Partes quidem sunt in potentia in toto continuo, actu vero in toto non continuo, sicut lapides actu sunt in acervo. Magis autem est unum et per consequens totum continuum quam non continuum. Et ideo dicit quod oportet partes inesse toti maxime quidem in potentia, sicut in toto continuo, vel si non in potentia, saltem energia, id est in actu. Dicitur enim energia actus. Sed licet autem magis sit totum cuius partes sunt in eo in potentia quam cuius partes sunt actu, tamen si respiciamus ad partes, magis sunt partes que sunt in actu quam que sunt in potentia. Unde alia habet littera: maxime quidem perfecte, id est actu, sin autem in potentia. Et sonat quod pars magis dicitur esse in potentia. Sed autem reliqua littera videtur quod translator duas invenit litteras et utramque transtulit. Et ideo non est sic ut coniungantur ambe, quia una littera, et hoc patet ex alia translatione, que non habet nisi alteram tantum. Sic enim dicit: continuum autem et finitum est cum unum aliquid fit ex pluribus inexistentibus, maxime quidem potestate, si autem non, actu. Tertio ibi: horum vero etc., ostendit duas diversitates in secundo modo totius, quarum prima est quod continuorum quedam sunt continua per artem, quedam per naturam. Magis autem sunt talia tota que sunt continua per naturam quam que sunt per artem, sicut etiam de uno dictum est supra, quasi illa que sunt continua per naturam sunt magis unum, ac si totalitas sit quedam unio. Ex quo patet quod quod est magis unum est magis totum.

Secundam ponit ibi: amplius quantitatis etc. Cum enim ita sit quod in quantitate sit ordo partium, quia est principium, medium et ultimum, in quo ratio positionis consistit, oportet quod omnia tota continua habeant positionem in suis partibus. Sed ad positionem partium totum dupliciter se habere invenitur. Quedam enim tota sunt in quibus diversa positio partium non facit diversitatem, sicut patet in aqua. Qualitercumque enim transponantur partes aque, nulla diversitas est, et similiter est de aliis humidis, sicut de oleo, vino et huiusmodi. In hiis significatur totum per hanc dictionem omne, non autem ipso nomine totius. Dicimus enim omnis aqua vel omne vinum, non autem totum nisi secundum methaphoram. Et hoc forte est secundum proprietatem greci ydiomatis, nam apud nos dicitur proprie. Quedam vero sunt in quibus positio differentiam facit, sicut in homine et in quolibet animali et in domo et huiusmodi. Non enim est domus qualitercumque partes ordinentur, sed secundum determinatum

[illegible]

[illegible]

simpliciter vel semper de uno non dicitur nisi propria ratio. Et ex hoc sequitur quod non sit contradicere, quia si de homine praedicatur aliquid quod in eius ratione non ponitur, de ipso praedicari non potest. Non ergo erit formare negativam propositionem. Et ex hac positione etiam sequitur quod non contingit aliquem mentiri, quia propria diffinitio rei non est falsa de re. Unde si de nullo praedicatur nisi propria diffinitio, nulla propositio erit falsa. Est autem eius opinio falsa, quia contingit praedicari de unoquoque non solum suam diffinitionem sed etiam alterius, quod quidem fit vel vere vel falso omnino. Aliquo enim modo potest esse vera praedicatio, ut octo dicuntur dupla in quantum habent rationem dualitatis, quia ratio dupli est ut se habeat sicut duo ad unum. Octo autem in quantum sunt duplum sunt quodammodo, quia dividuntur in duo equalia. Haec igitur dicuntur falsa modo praedicto.

Deinde cum dicit homo autem falsus etc. ostendit quomodo dicatur falsum de homine. Et circa hoc duo facit. Primo ponit duos modos quibus homo dicitur falsus. Quorum primus est quod homo dicitur falsus qui est promptus vel gaudens in huiusmodi rationibus, scilicet falsis, et qui est electivus talium rationum non propter aliquid aliud sed propter se ipsas. Sicut enim virtuosus habitum habens operatur opera quae sunt secundum habitum delectabiliter et prompte, et opus quod est finis habitus per se intendit, sic luxuriosus fornicatur propter delectationem coitus. Si autem fornicetur propter aliud, puta ut furetur, magis est fur quam luxuriosus. Similiter et qui eligit falsum dicere propter lucrum, magis est avarus quam falsus. Secundus modus est prout homo dicitur falsus qui facit aliis falsas rationes, quo consimili modo sicut supra dicebamus res esse falsas quae faciunt falsam phantasiam. Patet etiam ex praemissis quod falsum praedicatur de homine ex eo ex quo homo dicitur falsus propter rationes falsas, quae dicuntur falsae in quantum sunt non entis. Deinde cum dicit quare in Hippia etc. excludit ex praemissis duas falsas opiniones. Quarum primam excludit ex secundo, quia ex quo falsus homo est qui est electivus falsarum rationum, rationabiliter resultat reprobatio in Hippia, quae est quidam liber Platonis, oratio quaedam quae dicebat eundem oratorem esse verum et falsum. Haec enim opinio accipiebat illum hominem esse falsum qui potest mentiri. Et sic cum idem homo possit mentiri et verum dicere, idem homo esset verus et falsus. Similiter eadem ratione verum et falsum posset esse, ut scilicet. Constat autem quod hic quidem simpliciter accipit, quia homo sciens et prudens est potens mentiri, non tamen est falsus, quia non est promptus vel electivus falsarum rationum, ex qua ratione dicitur homo falsus, ut dictum est. Secundam falsam opinionem excludit ibi amplius volentem etc. Dicebat enim haec opinio quod homo qui facit turpia et prava volens, melior est eo qui facit nolens. Quod est falsum. Nam quilibet vitiosus ex hoc dicitur quod est promptus vel electivus malorum. Et tamen hoc falsum videtur accipere per quandam inductionem a simili: ille enim qui claudicat voluntarie melior est et dignior eo qui claudicat non voluntarie. Unde dicit quod prava agere imitatur hoc quod est claudicare, ut scilicet sit eadem ratio de utroque. Et hoc quodammodo verum est. Nam claudicans voluntarie deterior est quantum ad mores, licet sit perfectior quantum ad virtutem gressivam. Et similiter et ille qui prava agit voluntarie deterior est quantum ad mores, licet forte non sit deterior sed perfectior quantum ad aliquam aliam potentiam. Sicut ille qui dicit falsum voluntarie, licet sit peior secundum morem, est tamen intelligentior eo qui credit se verum dicere, cum falsum dicat non voluntarie.

Accidens dicitur etc. Hic ultimo distinguit nomen accidentis. Et ponit duos modos quibus dicitur hoc nomen accidens. Quorum primus est quod accidens dicitur id quod inest alicui et quod contingit vere affirmare, non tamen ex necessitate nec ut frequenter, id est ut in pluribus, sed ut in paucioribus; sicut si aliquis fodiens aliquam fossam ad plantandam aliquam plantam inveniat thesaurum. Hoc igitur quod est fodientem fossam invenire thesaurum, est quoddam accidens, id est non ex necessitate, ut hoc sit ex hoc, nec ex necessitate se comitantur, ut hoc sit post hoc, sicut dies sequitur noctem. Neque etiam unum sit cum altero, neque etiam ut frequenter, id est ut in pluribus hoc contingit, ut ille qui plantat inveniat thesaurum. Et similiter musicus dicitur esse albus, sed quia hoc non est ex necessitate nec fit ut in pluribus, ideo dicimus hoc esse per accidens. Dicit autem hoc exemplum, quia in primo exemplo accipitur accidens quantum ad fieri, in secundo vero quantum ad esse. Quia igitur sic est de aliquo et alicui, non autem et convenit esse alicubi, id est in aliquo loco determinato et quando, id est in aliquo tempore determinato, omnibus contingit esse per accidens, si non sit secundum quod huiusmodi. Sicut si album dicatur de musico, hoc est per accidens, quia non inest musico in quantum huiusmodi. Et similiter si sit hiemalis pluvia in aestate, hoc est per accidens, quia hoc non accidit in aestate in quantum est aestas. Et si quis sit in aliquo loco, hoc est per accidens, non enim est ei in tali loco secundum quod huiusmodi talis locus est, sed per aliquam aliam causam. Et sic patet quod accidentis non est aliqua causa determinata, sed contingens, id est qualiscumque contingit, velut quae forte incidit, fortuita, quae est causa indeterminata. Sicut accidit alicui quod veniat Aeginam, id est ad illam villam, si non propter hoc advenit ut illuc veniat, id est non propter hoc incepit moveri ut ad hunc terminum perveniret, sed ab aliqua causa contingenti illuc adductus est, sicut qui expulsus est a hieme contrariante tempestate in mari, aut captus est a latronibus et illuc perductus. Patet igitur quod hoc est per accidens, contingit tamen ex diversis causis. Sed tamen quod iste navigans ad hunc locum perveniat, non est in quantum ipse est, id est in quantum erat navigans, cum intenderet ad alium locum navigare, sed hoc contingit in quantum alter, id est secundum aliquam aliam causam contingentem. Hiems enim est causa veniendi in quo non navigabat, scilicet ad Aeginam, vel latrones. Alio modo dicitur accidens quod inest alicui per se et non est in substantia eius. Et iste modus accidentis est alius a praedicto, ut supra dictum est. Nam primo modo erat per accidens secundum quod dicitur ad quod in re diffinitur per se, ut album de homine, quod nullo modo est accidens; sed triangulo inesse duos rectos habere per se est, quod non est de substantia eius. Unde est accidens. Dicit autem hic modus accidentis, quia accidens hoc secundo modo contingit esse sempiternum. Semper enim triangulus habet tres angulos duobus rectis aequales. Accidentium vero secundum primum modum nullum contingit esse sempiternum, quia sunt semper ut in paucioribus, et huius ratio dicitur in alio, scilicet in VI huius, et in II Physicorum. Accidens igitur secundum primum modum opponitur ad per se, accidens secundo modo non opponitur ad illud.

Explicit liber V. Incipit VI. Metaphysicae.

Principia et causae quaeruntur etc. Postquam philosophus in IIII huius ostendit quod huius scientiae consideratio est de ente et uno, et de his quae consequuntur ad ens in quantum huiusmodi, et in V horum multiplicitatem distinxit, hic sapit de ente determinare, et de aliis quae consequuntur ad ens.

Dividitur autem ista in partes duas. In prima ostendit quemadmodum haec scientia debet determinare de ente. In secunda incipit de ente determinare, scilicet in principio VII, ens dicitur multipliciter etc. Prima autem pars dividitur in duas. In prima ostendit modum tractandi de entibus qui competit huic scientiae per differentiam ad alias scientias. In secunda removet a consideratione huius scientiae aliquos modos entis, praeter quos modos entis intendit principaliter in hac scientia, ibi: sed quoniam ens simpliciter etc. Prima autem pars dividitur in duas. In prima ostendit differentiam huius scientiae ad alias, per hoc quod considerat principia entis in quantum est ens. Secundo quantum ad modum tractandi de his principiis, ibi: quoniam vero physica etc. Dicit ergo primo quod cum haec scientia consideret causas et principia, dicendum quod ex quo ens est subiectum huius scientiae, ut in quarto ostensum est, et quaelibet scientia debet inquirere principia et causas sui subiecti quod in ipsa consideratur, oportet quod ista scientia inquirat principia et causas entium in quantum sunt entia. Et idem enim est et in aliis scientiis. Nam sanitatis et convalescentiae est aliqua causa quam quaerit medicus, et mathematicorum sunt principia et elementa et causae, ut figurae et numeri et alia huiusmodi, quae requirit mathematicus. Et universaliter omnis scientia intellectualis quocumque modo participet intellectum, sive sit solum speculativa sicut scientia divina, sive etiam ea quae sunt in aliquo modo practica, vel sensitiva imperativa. Quaecumque autem intellectualis proprie debuit esse scientia, sicut est in mathematicis et naturalibus, sive etiam ex principiis procedant in quibus est operatio, sicut in scientiis practicis, semper oportet quod talis scientia sit circa causas et principia, aut certiora quoad nos, sicut in scientiis quae sunt propinquiora sensibilibus, aut simpliciora et priora secundum naturam, sicut est in mathematicis. Cognitiones autem quae sunt sensitivae tantum, non sunt per principia et causas, sed per hoc quod ipsum sensibile obicitur sensui. Discurrere enim a causis ad causata non est sensus, sed solum intellectus. Vel certiora principia dicit ea quae sunt magis nota, et exquisita, simpliciora autem ea quae magis subtiliter exquiruntur, sicut est in scientiis moralibus, quarum principia sumuntur ex his quae sunt ut in pluribus. Secundo ibi: sed omnes istae etc. ostendit differentiam aliarum scientiarum ab ista quantum ad considerationem principiorum et causarum, dicens quod omnes istae scientiae particulares, de quibus nunc sermo est, circumscribunt sibi aliquod particulare genus entis, sicut circa numerum et magnitudinem, aut aliquid huiusmodi, et tractant unaquaeque circa suum genus subiectum determinatum, de isto genere quod non de alio. Sicut scientia quae tractat de mobili non tractat de magnitudine. Nulla autem earum determinat de ente simpliciter, id est de ente in communi, nec etiam de aliquo particulari ente in quantum est ens. Sicut arismetica non determinat de numero in quantum est ens, sed in quantum est numerus. De quolibet enim ente in quantum est ens proprium est metaphysici considerare, quia unumquodque habet esse per suam conditionem. Aliae particulares scientiae nullam rationem, id est determinationem, faciunt de eo quod quid est, id est de quidditate rei et diffinitione quae ipsum significat. Sed ex hoc, id est ex ipso quod quid est, procedunt ad alia, utentes eo quasi principio ad alia demonstranda. Aliae vero scientiae faciunt quod quid est manifestum per sensum, sicut scientia quae est de animalibus accipit quid est animal per hoc quod apparet sensui, id est per sensum et motum, quibus animal a non animali discernitur. Aliae vero scientiae accipiunt quod quid est sui subiecti per suppositionem ab aliqua alia scientia, sicut geometria accipit quid est magnitudo a philosopho primo. Et sic ex ipso quod quid est noto per sensum vel suppositionem demonstrant scientiae proprias passiones quae secundum se insunt generi subiecto circa quod sunt. Nam diffinitio est medium in demonstratione propter quid. Modus autem demonstrationis est diversus, quia quaedam demonstrant magis necessarie, sicut mathematicae scientiae, quaedam vero infirmius, sicut est in naturalibus, in quibus multae demonstrationes sumuntur ex his quae non sunt semper sed frequenter. Alia tamen littera habet loco suppositionis conditionem etc., et idem est: nam quod supponitur quasi ex conditione quadam accipitur. Et quia principium demonstrationis est diffinitio, palam est ex tali inductione quod demonstratio non est de substantia rei, id est de essentia eius, nec etiam de diffinitione quae significat quid est res. Sed est alius modus quo diffinitiones ostenduntur, scilicet per divisionem, et alius modus quem ponit in secundo Posteriorum. Et sic nulla scientia particularis determinat de eo quod quid est. Et similiter nulla earum dicit de genere subiecto circa quod versatur si est aut non est. Et hoc rationabiliter accidit, quia eiusdem scientiae est determinare quaestionem an est, et manifestare quid est. Oportet enim quod quid est accipere ut medium ad ostendendum an est. Et utrumque considerationis est philosophi, qui considerat ens in quantum ens. Et ideo quaelibet scientia particularis supponit de subiecto suo quia est et quid est, ut dicitur in primo Posteriorum. Et hoc est signum quod nulla scientia particularis determinat de ente simpliciter, nec de aliquo ente in quantum est ens.

Deinde cum dicit quoniam vero physica etc. ostendit differentiam huius scientiae ad alias quantum ad modum considerandi principium entis in quantum est ens. Et quia ab antiquis scientia naturalis credebatur esse prima scientia quae consideraret ens in quantum est ens, ideo ab ea quasi a manifestiori incipiens, primo ostendit differentiam scientiae naturalis a scientiis practicis. Secundo differentiam eius a scientiis speculativis, in quo ostenditur modus proprie considerationis huius scientiae, ibi: si vero aut quid est ens etc. Dicit ergo primo quod scientia naturalis est circa aliquod genus entis, scilicet circa illam substantiam quae habet in se principium motus et quietis. Et ex hoc apparet quod non est activa neque factiva. Differt autem agere et facere. Nam agere est per operationem manentem in ipso agente, sicut eligere et intelligere et huiusmodi, unde scientiae activae dicuntur scientiae sicut morales. Facere autem est per operationem quae transit exterius ad materiae transmutationem, sicut secare, urere et huiusmodi, unde factivae scientiae dicuntur artes mechanicae. Quod autem scientia naturalis non sit factiva patet, quia principium scientiarum factivarum est in faciente, non in facto quod est artificiatum, sed principium motus rerum naturalium est in ipsis rebus naturalibus. Hoc autem principium rerum artificialium quod est in faciente est vel intellectus, qui artem invenit, vel ars, quae est habitus intellectus, vel aliqua potentia exequens, sicut potentia motiva per quam artifex exequitur conceptionem artis. Unde patet quod scientia naturalis non est factiva. Et per eandem rationem patet quod non est activa. Nam principium activarum scientiarum est in agente, non in ipsis actionibus sive moribus. Hoc autem principium est prohaeresis, id est electio. Idem enim est agibile et eligibile. Sic igitur patet quod naturalis scientia nec est activa nec est factiva. Si igitur omnis scientia aut est activa aut factiva aut theorica, sequitur quod naturalis scientia sit theorica. Licet enim est theorica, id est speculativa, circa determinatum genus entis, quod scilicet est possibile moveri. Ens enim mobile est subiectum naturalis philosophiae. Et est solum circa talem substantiam, id est quidditatem et rationem, quae secundum rationem non est separabilis a materia in pluribus. Et hoc dicit propter intellectum, qui aliquo modo cadit sub consideratione naturalis philosophiae, et tamen substantia eius est separabilis. Et sic patet quod naturalis scientia est circa determinatum subiectum quod est ens mobile, et habet determinatum modum diffiniendi, scilicet cum materia.

Deinde cum dicit oportet quod quid

necessario dicimus quando non sit aliter se habere. ut hominem esse animal.
Quaedam vero non sunt ex necessitate nec semper, sed sunt ut in magis
idest ut in pluribus. hoc est enim ut in pluribus est causa eius quod
ad sit per accidens. in rebus enim quae sunt semper non potest ad esse per
accidens. quia solum quod est per se potest esse necessarium et impossibile. ut dictum est.
Sed cum [illegible] est. unde relinquitur quod solum in contingentibus possit
esse ens per accidens. Quod autem ad ut in pluribus non est causa alicuius quod per se hoc
sed eius quod est ad utrumlibet dispositionem materiae quae est in potentia ad
duo opposita. nisi enim agens per quod est in potentia utrumque quod causa quae
ad ut in pluribus ut voluntas ad hoc quod agit inclinetur magis ad unam
partem per hoc quod movetur ab appetibili. et sic fit causa ut in pluribus
contingens autem ut in paucioribus est ens per accidens cum cum
quiete. unde relinquitur quod causa entis per accidens sit contingens
ut in pluribus quae eius deficit est ut in paucioribus. et hoc est ens
per accidens. Sed ibi quod enim est semper etc. ostendit naturam entis
per accidens. Dicit ideo dico quod id quod est in pluribus est causa entis per
accidens quia quod non est semper nec ut in magis hoc dicimus esse per accidens.
et hoc est defectus eius quod est in pluribus. ut si fiunt frigora idest quod
pruinosum frigus in diebus canicularibus hoc dicimus esse
per accidens. non autem si tempore fiunt estuatio idest siccitas et
calor. hoc enim est semper vel in pluribus. sed primum non tale. dicimus
hominem esse album per accidens. quia hoc non est semper nec ut in pluribus.
Hominem vero non dicimus esse animal per accidens. quia hoc est semper. et similiter et [illegible]
[illegible] facere sanitatem per accidens. quia edificatorem non est aptus
natus facere sanitatem nisi per accidens. sed solum medicus. Contingit
autem facere sanitatem nisi accidit esse cum esse medicum. et similiter
opsopios idest coquus coniectus idest intendens facere voluptatem
et delectationem in gustu facit aliquod cibum sanatum
facit ad salubre. an cum non bonus [illegible] delectabilis cum est aliquis
ad sanitatem. sed hoc non est secundum artem opsopetica idest pul-
mentaria. quod faciat salubre. sed quod faciat delectabile. et propter
hoc dicimus hoc accidere. et propter hoc quod non est per se. fuit enim per accidens
autem sunt secundum quid tamen in sua secundum quod [illegible]. sicut album ad
hominem. Aliter secundum aliquid secundum quod cum agente. sicut edificatorem
et medicum. Aliter secundum aliquid secundum quod effectum. sicut impulmento
salubre et delectabile. Quoniam autem coquus faciat pulmentum
delectabile. et hoc sit per accidens salubre. causa quando fit
et quare operatur per immutationem. unde quod est per se in termino artis
cum non fit ab arte per se loquendo. et non eius per accidens quod est per se in
termino artis non fit ab arte. Aliorum enim etiam quae
sunt per se sunt quaedam aliae potentiae factivae. sed etiam per accidens quae
sunt per se nulla ars nec potentia determinata est factiva. eorum enim quae
autem sunt secundum accidens. oportet esse causam per accidens et non determinatam.
et ideo nulla [illegible] adiunctae. non enim per accidens
hoc est causa per accidens. sicut effectus per se causam per se. quia supra dicitur
autem quod causa ut in pluribus est causa entis per accidens. Consequens
dicit quia quare quod etc. ostendit quod est in pluribus
sequitur eius per accidens. dicens quod quia non omnia ex necessitate et semper
sunt et fiunt. sed plurima sunt ut in magis idest ut in pluribus. ideo
necessarium est esse quod est per accidens. quod nec est semper nec ut in magis.
ut hoc quod dico album est musicum. quod aliquando sit. sed non semper
nec ut in pluribus. sequitur quod sit per accidens. si enim non fieret aliquid

id quod est in paucioribus. tunc id quod est in pluribus non deficeret
sed esset semper et ex necessitate. unde omnia essent ex necessitate et
necessaria. quod est falsum. et quia defectus eius quod est ut in pluribus est per
accidens quae non [illegible] per se [illegible] agenti ut in pluribus. id
[illegible] est causa entis per accidens. quod est ut in pluribus. et accidens ut
in paucioribus. cum in quantum non necessarium sed contingens. Consequens autem
quod non omnia sunt necessaria sed ad est nec semper nec ut in magis.
Principium autem est hic sumere utrum non sit nec semper nec sed
magis. sed hoc patet [illegible] quod id quod est ut in pluribus sit causa
entis per accidens. oportet esse non quod est semper et quod est ut in pluribus.
Quod id quod est per utrumque [illegible] est entis per accidens. sed utrum
id quod est ut in pluribus non est aliquid quod autem est semper non potest
autem et sunt aliqua sempiterna. Consequens est potius in XI. ubi
ostendet quasdam substantias esse sempiternas. sic quod per primam quoniam quae
non omnia sunt per accidens. per hanc non omnia potentia contingit
sempiterna. et ibi quod autem scientia etc. ostendit eorum quae in [illegible]
scientiam non sit de ente per accidens. quod quidem dicit esse palam ex hoc
quod omnis scientia est aut eius quod est semper aut eius quod est ut in pluri-
bus. unde cum ens per accidens nec sit semper nec sit ut in pluribus
de eo non potest esse scientia. Quod sic probat. non enim potest aliquis
doceri ab alio vel docere alium de eo quod nec est semper nec ut frequen-
ter. Hoc enim de quo est doctrina oportet esse determinatum aut per
hoc quod est semper aut per hoc quod est ut in pluribus. sicut quod mel
[illegible] idest commixtio aquae et mellis vel est ut febricitanti
delectabile est ut in pluribus. sed quod est praeter hoc idest praeter id quod est semper et
magis non potest dicere quando fiat. sicut quod fiat in tempore noviluni
quia quod delectabile sit in tempore noviluni nec semper nec
ut in pluribus. et potest esse hoc quod est de nova luna ad [illegible]
[illegible] quod accidat ipsi quod aliquid accidit ut in pluribus sic praeter [illegible]
entis per accidens. quod nec sit semper nec sic est. unde [illegible] quod
accidit est praeter hoc. scilicet praeter eius semper et eius ut magis. et hoc est
[illegible] dictum supra posite. Ultimus autem epilo-
gando dicit quod dictum est quid est ens per accidens. et quae est causa eius
et quod de eo non potest esse scientia.

Quod autem sunt principia et causae etc. Postquam
declaravit de ente per accidens. hic excludit quandam
opinionem per quam tollitur totum ens per accidens. quidam enim posu-
erunt quod quidquid sit in mundo habet aliquam causam per se. et iterum quod
causa posita necesse est sequi effectum eius. unde sequebatur quod
per quandam connexionem causarum omnia ex necessitate acciderent.
nihil esset per accidens in rebus. Et ideo hanc opinionem philosophus
intendit destruere. et hoc facit. per hoc enim destruit praedictam o-
pinionem. scilicet infert quandam conclusionem ex praedictis. ibi palam
igitur quia usque ad aliquid etc. Circa primum quandam opinionem quae ex
praedictis concluditur. scilicet ad principium quale etc. dicit igitur primo quod
palam sit ex sequentibus quod principia et causae generationis et
corruptionis aliquorum sunt generabilia et corruptibilia. idest
generari et corrumpi. sine generatione et corruptione. idest sine hoc quod seque-
tur generatio et corruptio. non enim oportet quod si generatio alicuius vel
corruptio est causa generationis aut corruptionis rei alterius quod
posita generatione vel corruptione causae de necessitate sequatur generatio
vel corruptio effectus. quia quaedam causae sunt agentes ut in pluri-

bus. unde eis positis ad hoc impeditur effectus per accidens. sic in
dispositionem materiae vel impeditur ex eius contrario agente. vel per ad hoc
Secundum tamen quod aliqui dicunt. scilicet illa methaphysica quod nullus effectus est
possibilis impediri ad suam causam. sed solum necessarius. si enim possibile
est possibile et effectum non ponitur et ponitur. id autem quod est impossibile
in quibus hoc reducatur in actum per ad eius causam. quae oportet praebere quod
ad quod faciat ex causa sequi effectum in actu. et ideo illa in eam
sufficientem effectum. et hoc videtur contra id quod philosophus hic dicit. sed sciendum quod
dicitur autem motio dicens suppositionem quod nullus impediens causae adve-
niat. necesse est enim causa posita sequi effectum. nisi sit impedimen-
tum. quod causa quia quod esse per accidens. et non philosophus dicit quod non est necessaria
generatio sequi vel corruptionem. positis autem generationis vel cor-
ruptionis. scilicet non est hoc necessarium quod dicitur est. scilicet quod enim
ex necessitate. sicut hoc quod dicitur est quod posita causa necesse est effectum
ponitur probat et alia per se quod cum sed quod sit corruptibilis necesse
sit esse aliquam causam per se et non per accidens. ex hinc enim dua-
bus propositionibus sequitur omnia esse ex necessitate. quod sic probat. si enim
quaeratur de aliquo utrum sit futurum vel non sit. ex praedicta quod
aliquid sit de necessitate verum. quia si omne quod fit habet causam per se sive
facturam qua posita necesse est ipsum fieri. sequitur quod res illa
[illegible] utrum sit futurum fiat. si fit hoc quod ponitur causa eius et si
non fiat quod non fiat. et sic quod omne quod ab illa causa erit futurum. si ad
quod quod est causa eius erit futurum consequens autem quod tempore continuat
quod futurum accipiatur. sive post centum annos. sive post mille erit
futurum. tamen absentia usque ad illud futurum. Cum igitur gene-
ratio praecedit tempore generationem effectus oportet quod procedendo ab effectu ad
causam auferatur aliquid de tempore futuro et appropinquatur magis ad prae-
sens. quod autem sicut consistitur aliquis ens ablato quodam ab
ipso. tunc sequitur quod procedendo ab effectu ad causam et iterum ab illa
causa ad eius causam et sic de reliquis auferetur totum tempus futurum.
et sic sic tamen perveniatur ad ipsum nunc. quod quidem patet in hoc exemplo.
si enim omne effectum habet aliquam causam per se a qua de necessitate
sequitur quod iste de necessitate moriatur vel per infirmitatem vel
per violentiam. si exit domum suam vel exit et in adventu eius
invenit esse aliquam mortis vel violentiae. puta si exierit
domum inveniet a latronibus occidetur vel per infirmitatem. puta
si exierit a domo vel ex aestu incurrit febrem et moriatur.
Et eodem modo hoc erit ex necessitate scilicet quod exeat domum
si sitiat. unde si sitis invenit esse causam ut exeat domum ad
inveniendum aquam. Et per eandem rationem hoc erit de necessitate scilicet
quod sitiat. si ad ad erit quod est causa sitis. et tamen sic procedendo de
effectu ad causam pervenietur ad quod nunc est. idest ad aliquid praesens vel
ad aliquid praeteritum. sicut si dicamus quod sitis erit
si comederit nutrimentum vel salsa. quod fuerit sitim.
hoc autem scilicet quod comedat salsa vel non comedat est in praesenti
unde tamen sequitur quod futurum per causam scilicet quod iste moriatur vel
non moriatur est ex necessitate. cum enim quod conditionalis vera
sit necessaria. quod ex quo iam antecedens est positum et consequens
ex necessitate ponitur. sicut hoc est verum. si socrates currit movetur.
posito quod currat necesse est ipsum moveri dum currit.
Sic autem omnis effectus habet causam per se ex qua de necessitate sequitur.
quod sit conditionalis vera. cuius antecedens est causa et consequens effectus. Et sic in-

tantum quae nunc est praesens. et cum quod est futurum quantum sit
prima media quorum unumquodque est effectus respectu praecedentis. et
causa respectu sequentis. tum sequitur de primo ad ultimum quod conditionalis sit
vera. causa autem est praesens. et ideo quod quia futurum sic hoc si comedit
salsa. comedet. unde sicut iam potest ex quo praesens
cognoscitur de necessitate est quod comedet. unde omnia alia futura ex
necessaria quorum causae praexistentes vel remote sunt praesentes. et similiter
id est sicut procedentis ab effectibus ad causas super similiter
ad factum idest ad praeteritum. hoc est quando si reducantur effectus futuros
in aliquam causam praeteritam vel praesentem. quae sit quod est praeteritum
unum est secundum aliquem modum. hoc autem dicit. in quantum est factum vel
praeteritum. scilicet nunc cum Caesaris non sit nec ut in praesenti est tamen
ut in praeterito. verum enim est dicere Caesarem vixisse. unde nec est
possibile non fecisse. autem conditionalis. nec antecedenti est cum praeteritum.
cum conditionalis cum futurum. et sic si omnis effectus futurum oportet
reducere in causas praesentes vel praeteritas quod omnia futura
ex necessitate eveniant. sic et si nos dicimus quod vivente fore
moriturum est necessarium absolute. quia iam de necessitate ad quod iam
factum est. scilicet duo contraria esse in eodem corpore per commixtionem. Hoc enim con-
ditionalis est vera si ad corpus est compositum ex contrariis corrumpetur.
Hoc autem est impossibile quod omnia futura ex necessitate eveniunt. ergo
illa duo sunt impossibilia ex quibus hoc sequitur. scilicet quod quilibet quod
sit habeat causam per se. et quod causa posita necesse sit effectum poni. quia
ex ipsis sequitur sic iam dictum est quod quaedam effectuum futuro-
rum aliquae causae iam positae. sicut corpus compositum ex contrariis iam sunt
aliquae causae positae. sed quod iste homo moriatur per infirmitatem vel vio-
lentiam non dicitur habere aliquam causam positam ex qua de necessitate
sequitur. Deinde cum dicit palam igitur etc. infert quod causa quae
ex praedictis dicitur. igitur ex quo non quilibet quod fit non habet causam per se
palam quod istius contingentibus effectibus sunt tamen per se causae
usque ad aliquod principium per se. sed ipsum erit cuius causa erit quod accidit eve-
nire idest causa casualis. et illius causae causalis non erit aliqua alia causa.
sicut iam probatum est quod ens per accidens non habet causam nec generationem.
Verbi gratia quod iste occidatur a latronibus habet causam per se. scilicet quod a latroni-
bus invenitur. sed hoc non habet causam nisi per accidens. Hoc quod enim iste
negotiator vadens invenit latrones incidit est per accidens.
ut ex praedictis patet. unde eius non oportet ponere aliquam causam. cuius est per
accidens ut supra dictum est non habet generationem. tamen eius generationis
causam per se sequi. Deinde cum dicit. sed ad principium
quale etc. movet quandam quaestionem consequentem ex dictis. dixit enim
supra in meteorologicis quod ante etiam per accidens reducitur aliquid usque ad
ad principium cuius non est ponere aliquam causam. unde hic igitur
de hoc reductione vel anagoge quaerere est ad quale principium
et ad qualem causam debeat fieri. idest ad quod genus causae utrum principium
scilicet reducatur ad aliquam causam primam. quae sic causa sicut materia. aut
ad aliquid quod sit causa sicut finis. aut genus ad hoc. aut ad aliquid quod sit
causa sicut movens. Sunt autem quaedam de causa formali. quia quod hic habetur
de causis generationis rerum quae fiunt per accidens. sed generatio quae, formae
non habet causalitatem nisi per modum finis. et formae [illegible] in ratione motor-
is [illegible]. hanc autem quaestionem hic motam non solvit. sed sup-
ponit eius solutionem ab eo quod est declaratum in II. phisicorum. ubi est ostensum
quod fortuna et casus quae sunt causae eorum quae fiunt per accidens

Marginal notes (left page): velut; Quia non oportet quod aut fiat et cum praesente
Marginal notes (right page): probat; [illegible]; de quo; reducentur; quod quidem per nunc reducitur ad ad per nunc ad hoc praesens; quia vulneratur et hoc est habet causam per se

reducat ad gradum essencia... ultimus a quo dicit ex principiis quod consequenter est loqui de ente per accidens ex quo declaratum est sufficienter ...

Attendendum est autem quod ea que philosophus hic tradit ... remouere quandam que ... phiam ab aliquibus ponitur scilicet fatum et prudencia ... non omnia que fiunt reducantur in aliquam causam per se ex qua de necessitate sequuntur. Alias sequeretur quod omnia euenirent ex necessitate ... per accidens esset in rebus. Illi autem qui ponunt fatum dicunt contingencia que hic fiunt, que uidentur per accidens esse, reduci in aliquam uirtutem corporis celestis, per cuius actionem ea que per accidens ... ordine ... illi qui ponunt prudenciam ea que hic aguntur dicunt esse ordinata per ordinem prouidencie. Ex utroque igitur ponere duo uidentur sequi-

... ens p se dicit, quod est ens de quo praedicatur ex hiis quae declaravimus ...

Expliat. G. incipit. A. lib.

E ... multipliciter etc. Postquam ... declaravit ... considerationem huius scientiae circa ens per accidens ... hic incipit declarare de ente per se ...

et f. post hanc ponit divisionem. Secundo ostendit partes divisionis
adinvicem. ibi: quare substantie etc. Dicit ergo primo quod de istis par-
tibus divisionis sit agendum. primo actum ea que nunc ex dictis
etc. Dicit ergo post quibus consequens est post predicta prius tractare dicit.
scilicet materia et formam et compositum ex his, que quidem divisio
non est generis in species sed alicuius analogice predicati quod
de hiis que sub eo continentur per prius et posterius predicatur. Tam
enim compositum quam materia quam forma substantia predicatur, sed non eo-
dem ordine, et ideo postmodum inquiret quid horum per prius
sit substantia. exemplificat autem in rebus artificialibus
in quibus es est ut materia, figura ut forma speciei, idest aeris
speciem, statua autem compositum ex his, que quidem exem-
plificatio non est accipienda secundum veritatem sed secundum simili-
tudinem proportionis, figura enim et alie forme artificia-
les non sunt substantie sed accidentia quedam. sed quia hoc modo se habet
figura ad es in artificialibus sicut forma substantialis ad
materiam in naturalibus, propter hoc utitur hoc exemplo ut demon-
stret ignota per manifesta. Deinde cum dicit quoniam si
speciem etc. ostendit partes divisionis per comparationem adinvicem. et circa
hoc tria facit. primo ostendit quod forma sit magis substantia quam compositum. Secundo

entia et magis actualia. que quidem sunt et notiora a
sensu. cum forme sensibiles sint forme sine materia. et ideo
in disciplinis oportet procedere a minus notis secundum naturam
ad magis nota. et hoc opus est. i. necessarium hoc facere. sicut
in actibus. i. in artibus vel potentiis activis in quibus ex
bonis unicuique. i. ex hiis que sunt bona isti et illi
fiunt ea que totaliter sunt. i. omni bona. et per consequens unicuique
bona. militaris. n. pervenit ad victoriam totius ex
ercitus. que est quoddam bonum commune ex singularibus victoriis

[illegible]

sed solum hoc de quo dicitur .s. homo. nam homo albus et hoc
est quod dicitur. ergo est quod erat esse aliquid aut totaliter
aut non. i. ergo ex predictis sequitur quod quod erat esse
non est nisi eius quod est et aliquid sit totaliter
.i. compositum ut homo albus. sed non totaliter ut homo.
album autem non significat aliquid sed aliquale et quod quid
quod erat esse non sit nisi eius quod est aliquid. Ex hoc patet
quia quod quid erat esse est quod aliquid erat esse, esse .n. quod
significat esse aliquid, unde illa que non significant aliquid non habent quod quid
erat esse, sed que aliquid de alio dicitur ut accidens de illo, non est
hoc aliquid. sicut cum dicitur homo est albus. non significat quod sit hoc
aliquid. sed quod sit quale, esse .n. hoc aliquid competit solis substantiis.
et tamen patet quod album et similia non possunt habere quod quid erat
esse, sed quia aliquis posset dicere quod sicut inveniuntur aliqui
termini nominum significantes substantiam, ita inveniuntur aliqui termini
nominum significantes accidens. ideo concludit quod quod quid erat esse
non est omnium que habent qualemcumque terminum notificantem id.
sed eorum solum quorum terminus est diffinitio, terminus autem aliquis est dif-
finitio non solum sic quod sit talis terminus que significet idem
cum nomine. sicut hoc dico arma gentis significat idem cum ar-
migeris, quia sic sequeretur quod omnes termini essent .i. dif-
finitiones, potest .n. nomini poni aliquis terminus. sicut potest nomini
poni huic terminum quod est homo ambulans. vel homo sedens. et
tamen propter hoc sequitur quod non sunt diffinitiones. quia propter hoc
sequeretur quod et ylias .i. poema factum de bello troiano
esset una diffinitio, est .n. totum istud poema unus terminus ex-
ponens bellum troianum, patet ergo quod non quecumque terminus qui significat
idem cum nomine est diffinitio eius. sed solum tunc est diffi-
nitio si fuerit alicuius primi .i. significet aliquid per se et primo,
hoc .n. est primum in predicationibus quod per se predicatur, talia non
.s. prima sunt quecumque predicantur per se et non quia aliquid de a-
lio. sicut album predicatur de homine non per se quia sit idem quod al-
bum et homo. sed predicantur de se invicem per accidens.
aliud vero de homine per se et sibi animale de aliquo. et hoc
quod dico animale est dictum hominis, sic ergo quod quid erat
esse non erit alicui quod non sit de numero specierum alicuius
generis. sed solum hiis .i. solis speciebus, species .n. sola dif-
finiuntur cum omnis diffinitio sit ex genere et differentiis.
... quod sub genere continetur et omnis constituit et species
unum dicta non secundum participationem et passionem nec ut
accidens, in quo removet tria quibus videretur quod
aliquid non diffiniatur per sua genera. primo namque eadem quod
genus aliquid predicatur secundum participationem non possunt dif-
finiri per ipsum genus .q. genus sit de essentia diffiniti. sicut
igniti de quo ignis per participationem predicatur, non
diffinitur per ignem. sicut per genus, quia ferrum non est per
essentiam suam ignis, sed participat ad eius genus. aut non predicatur
de speciebus per participationem sed per essentiam. homo .n. est animal essen-
tialiter. non solum aliquid aliis participatis. homo .n. est quod vere
est animal. tamen species predicantur de propriis passionibus. sic
nasus de symo. tamen essentia nasi non est de essentia sy-
mi. species autem non se habet ad genus sicut propria generis
passio, sed sicut recipiens quod est per essentiam idem genus et al-
bum predicatur de homine per accidens. nec essentia hominis est essentia albi.
sic essentia generis est essentia speciei. unde videmus quod sola ratio speciei
que ex genere et differentiis constituitur sit diffinitio, sed
in aliis quidem si est eis nomen positum, potest esse ratio de-
clarans quid significat nomen, quod quidem contingit
dupliciter, uno modo sicut quando nomen notum nominis mani-
festatur per magis notum quod idem potest. ut si hoc nomen
philosophia notificetur per hoc nomen sapientia. et hoc est quod dicit
quod hoc nunc inest. quando ratio exponens nomen accipitur
ab aliquo nomine notiori. alio modo quando ac-
cipitur ad exponendum nominis simplicis aliqua ratio no-
tior. sicut si ad exponendum hoc nomen philosophus accipitur hec oratio
amator sapientie, et hoc est quod dicit aut per sermonem
simplicia .i. ad exponendum simplicis dictionis, cum
oratio simplicis ratio accipiatur, tamen talis ratio non erit diffinitio,
nec id quod per eam significatur erit quod quid erat esse.

Aut diffinitio sicut et quod quid est etc. hic ponit
secundam solutionem predicte questionis. et hoc circa facit.
primo ponit solutionem. secundo probat eam .i. ibi Aut palam
etc. et removet quasdam dubitationes que possent ex
predictis oriri .i. ibi hic autem dubitationem etc. primum ... dicit primo
quod diffinitio et quod quid est invenitur in substantia et acciden-
tibus secundum quod de utrisque predicatur ...
... quod ad predictam solutionem est dictum
.s. quod quid est et diffinitio non sit accidentium sed substantiarum,
aut oportet secundum alium modum solvendi dicere quod diffinitio
dicitur multipliciter sicut et quid est, ipsum .n. quid est uno
modo significat substantiam et hoc aliquid. alio modo significat singula a-
liorum predicamentorum. sicut quantitatem et qualitatem et alia
huiusmodi talia. sicut .n. ens predicatur de omnibus predicamentis, non tamen a-
similiter. sed primo de substantia et postmodum de aliis predicamentis, ita
et quid est competit simpliciter substantie. aliis autem quodammodo .i. secundum quid.
Quod .n. aliis aliquo modo competat quid est ex hoc patet. quia in
singulis predicamentis videtur ad quod quid factum per
quid interrogamus .n. de quali sive de qualitate quid
est. sicut quid est albedo et respondemus quod est color. unde
patet quod qualitas est de numero eorum in quibus est quod quid est.
non tamen simpliciter sed qualiter et quod quid est qualitatis.
Cum .n. queritur quid est homo et respondetur aliquid, sicut cum queritur quid est
ignis, sic non solum dicitur quid est homo sicut et absolute sig-
nificetur quid .i. substantia. sed cum querimus quid est albedo
et respondemus quod color. licet color significet quid
est albedo, non tamen absolute quid. sed quale. et non qua-
litatis non habet quid simpliciter, sed quid secundum quid. invenitur
.n. quid huius ut cum dicimus quod color est quid
albedinis. et hoc quid magis proprie dicitur essentiale quam ...
propter hoc .n. quod omnia alia predicamenta habent rationem
entitatis a substantia. ideo modus entitatis substantie .s. esse
quid participatur secundum quamdam similitudinem proportionis
in omnibus aliis predicamentis. ut dicimus quod sicut animal est
quid hominis ita color albedinis et numerus dualitatis.

tem sic dicimus de qualitate hoc quod non simpliciter sed hoc. sic
aliqui dicunt logice de non ente lapides non ens est.
non quia non ens sit simpliciter sed quia non ens est non esse.
et sic qualitas non habet quid simpliciter, sed quid qualitatis.

Oportet enim cum dicat oportet ergo intendere. ostendit quod quod est diffinitio
predicatur de eo quod invenitur in substantiis et accidentibus. et dicit
quod ex quo diffinitio et quod quid est invenitur aliquo modo in
substantiis et accidentibus, oportet ergo intendere ad considerandum quomodo oportet
dicere .i. predicare diffinitionem de singulis, non magis quam
quomodo se habent. ut manifestum non ea dicimus univoce predicari
quorum non est una ratio secundum ... quia patet quod ... dicendum
est de diffinitione et quod quid est in substantiis et accidentibus est manifestum .s.
quod quod erat esse primo et simpliciter inest substantie, et consequenter aliis non
quidem ita quod in aliis sit simpliciter quod quid erat esse huius
ut illi .s. quantitati vel qualitati. Manifestum est quod eorum
diffinitionem et quod quid est, ut equivoce predicari in
substantiis et accidentibus, vel addentes et auferentes .i. secundum magis et
minus. sicut secundum prius et posterius ut ens dicitur de substantia et accidente.
et sic dicunt quod non scibile est scibile secundum quod et posterius, quia
de non scibili hoc scire possumus quod non scitur. sic et de non
ente hoc dicere possumus quod non est. Non .n. est rectum
quod quid est et diffinitio dicantur de substantia et accidentibus, neque equi-
voce neque simpliciter .i. univoce. sed sicut medicinale dicitur de
diversis per respectum ad unum et idem. non tamen significat unum
et idem de omnibus de quibus dicitur neque equivoce. Dicitur .n. corpus
medicinale quia est subiectum medicine. et opus medicinale quia
exercetur a medicina ut purgatio. et vas medicinale quia
eo utitur medicina. ut cliste. et sic patet quod non dicitur omnino e-
quivoce medicinale de hiis tribus cum in equivocis non habe-
atur respectus ad aliquid unum. Nec tamen dicitur univoce secundum
unam rationem. non .n. est eadem ratio secundum quam dicitur medicinale id quo
utitur medicina. et quod facit medicina. sed dicitur analogice
per respectum ad unum .s. ad medicinam. et similiter quod quid est
et diffinitio non dicitur neque univoce neque equivoce de substantia
et accidente sed per respectum ad unum. Dicitur .n. de accidente in
respectu ad substantiam ut dictum est. et quia posuerat duas solutiones,
ostendit quod modicum differt qualitercumque aliquis velit
dicere de premissa questione, sive dicat quod accidentia non habent dif-
finitionem, sive dicat quod aliquo modo habent .s. per posterius
et secundum quid. quia cum dicit in prima solutione quod non habent diffinitionem
accidentia, intelligit per prius et simpliciter. sed cum in secunda solutione
dicit quod accidentia habent diffinitionem, intelligit per posterius et secundum
quid.

Oportet enim cum dicit illud quod palam etc. probat su-
positam solutionem dicens primo quod palam esse quod diffinitio et quod
quid erat esse, primo et simpliciter est substantiarum, non tamen so-
lum est substantiarum, cum et accidentia aliquo modo habeant diffinitionem
et quod quid erat esse, non tamen primo et hoc sic patet. Non .n. om-
nis ratio cui nomen per rationem expositum significat idem est diffi-
nitio. nec nomen expositum per quamcumque rationem semper
est diffinitum. sed alicuius determinate rationem oportet quod
sit diffinitio. illius .s. que significat unum. si .n. dicamus
quod sortes est albus et musicus et episcopus .i. ratio non significat
unum sed multa. nisi forte per accidens. et ideo talis ratio non est
diffinitio. non tamen sufficit quod sit unum continuitate quod
quod per rationem significatur ad hoc quod sit diffinitio. sic .n. ylias .i.
poema de bello troiano esset diffinitio. quia id bellum in
quadam continuitate temporis est peractum. aut et non sufficiat
quod sit unum per colligationem. sicut hec ratio non esset diffinitio
domus. si dicerem quod domus est lapides cementum et ligna.
sed tunc ratio significans unum erit diffinitio. si significet u-
num aliquo illorum modorum quibus dicitur unum per se. dicitur unum au-
tem multipliciter sicut ens. Ens autem hoc quidem significat hoc
aliquid. aliud quantitatem. aliud qualitatem. et sic de aliis. et ideo
per prius substantiam. et consequenter alia. ergo similiter unum erit per prius in
substantia et per posterius in aliis. sic ergo ad rationem diffinitionis
pertinet quod significet unum. Secundo querit quid ratio albi
hominis diffinitio. quia album est quodammodo unum. sed alio modo
erit diffinitio per prius. ratio albi per posterius. sicut unum
per prius et posterius de utroque dicitur.

Oportet enim cum dicit. hic autem dubitationem etc. removet quasdam dubitationes circa predicta
... et dividitur in duas secundum duas dubitationes quas removet.
secunda incipit est et alia dubitatio etc. primo autem sunt duo ad e-
videntiam predictorum. quorum primum est quod quidam dicebant
nullam diffinitionem esse ex additione .i. quod in nulla dif-
finitione ponitur aliquid quod sit extra essentiam diffiniti. et videbatur
per se hoc habere quod diffinitio significat essentiam rei. unde quod est extra essentiam
rei non oportet poni in rei diffinitione ut videtur. Secundum est
quod quedam accidentia sunt simplicia et quedam complexa. sim-
plicia dicuntur que non habent subiectum determinatum quod in eorum diffi-
nitione ponatur. sicut curvum concavum et huiusmodi. Com-
plexa autem dicuntur complexa que habent determinatum subiectum sine
quo diffiniri non possunt. est ergo dubitatio si aliquid ne-
habet dicere ratio que est ex additione et sit diffinitio, aut
erit dicendum quod illorum accidentium que non sunt simplicia sed
complexa, erit diffinitio. videtur .n. quod nullius eorum possit
esse diffinitio. palam est .n. quod si aliqua diffinitio, necesse
est eorum diffinitiones ex additione fieri cum sine propriis
subiectis diffiniri non possint. sicut si accipiamus hec tria
nasus et curvitas et symitas. curvitas est simplex
accidens. sumpta per comparationem ad nasum. Non .n. est
nasus de intellectu curvi. symitas autem est accidens
complexum cum sit nasus de intellectu eius. unde symitas
erit quoddam dictum ex duobus. in quantum significat hoc in hoc .i. determina-
tum accidens in determinato subiecto. et nec curvitas nec aquilitas
ut habet alia similitudo, nec simitas est passio nasi
secundum accidens. sicut album inest callie aut homini per accidens.
in quantum callias est albus cui accidit hominem esse. sed symum est
passio nasi secundum se. Alio .n. in quantum hic competit esse
symum, et autem transfero loco eius quod est concavum hoc in
aculeitas vel aquilum et est planior sermo. quia in dif-
finitione aquili ponitur nasus. sic in diffinitione sy-
mi. sed sicut masculum per se competit animali, et equalitas quantitati
et omnia alia que dicuntur per se inesse in aliquo, quia de
omnibus est eadem ratio. et hec sunt in quibus .i. in quorum rationibus

existit nomen eius cuius est passio, idest subiectum, aut in eo scilicet eius semper. Nam in diffinitionibus potest poni loco nominis sicut diximus quod homo est animal rationale mortale. potest poni loco nominis alia dictio, ut dicatur quod homo est substantia animata sensibilis rationalis mortalis. Similiter si dicatur quod animal masculus est animal potens generare in alio, possumus dicere quod masculus est substantia animata sensibilis potens generare in alio. et sic patet quod non contingit sequi condere, idest notificante aliquod praedicamentorum accidentium que diximus copulata sicut contingit notificante album. sed hoc quod in eius ratione ponatur homo. sed non contingit in notificante femininum similiter quia oportet quod animal ponatur in diffinitione feminini, similiter et in diffinitione masculini. Quare patet quod non est aut aliquod praedicamentorum accidentium copulatorum quod quid erat esse et diffinitio, si nulla diffinitio est ex additione. sicut contingit in diffinitionibus substantiarum. aut si est aliqua diffinitio eorum, cum non possunt nisi ex additione diffiniri, aliter est diffinitio eorum quam substantiarum quemadmodum diximus in solutione sua. et sic in hac conclusione sunt solum duo proposita. quia enim dicebatur quod nulla diffinitio est ex additione, est verum de diffinitione per quam invenitur substantia. Sic ergo praedicamenta accidentium non habent diffinitionem. Sed alio modo praedicamentis possunt.

Deinde cum dicit: Est autem et alia dubitatio etc. Postquam movit dubitationem, et quia duo sunt praedicamenta dubitationem, hic ponit solutionem, ibi: Sed latet etc. Dicit ergo primo quod est alia dubitatio de praedicamentis. aut enim est idem dicere nasus simus et nasus concavus aut non. si idem, sequitur quod idem sit simum et concavum, quod patet esse falsum cum alia sit diffinitio utriusque. Si autem non est idem dicere nasum simum et nasum concavum, vel simum et concavum, propter hoc quod simum non potest intelligi sine re cuius est per se passio, idest sine naso, cum simum sit concavitas in naso, concavum autem non potest dici rectitudo sine naso, sequitur quod si hoc quod dico simum plus habet quam concavum, hoc scilicet quod est nasus, quod vel non possit dici nasus simus, vel si dicatur erit bis idem dictum. ut dicamus quod nasus simus est nasus nasus concavus. loco enim nominis potest poni diffinitio illius nominis. Unde cum dicitur nasus simus, potest removeri nomen simi quod est nasus concavus. Similiter ergo videtur quod dicere nasum simum nihil est aliud quam dicere nasum nasum concavum, quod est inconveniens. Et propter hoc inconveniens videtur dicendum quod in talibus accidentibus sit quod quid erat esse. quia si hoc non est verum quod in eis non sit quod quid erat esse, in infinitum fiet repetitio eiusdem nominis si reponatur nominis diffinitio pro nomine. Sicut enim quando dico nasus nasus concavus, loco concavi potest accipi simum, et loco simi iterum nasus concavus, et sic in infinitum. palam est itaque ut videtur quod solius substantiae est diffinitio. Si enim esset aliorum praedicamentorum, oportet quod esset ex additione, sicut diffinitio imparis quod oportet quod sumatur ex diffinitione suorum subiectorum. Non enim diffinitio imparis est sine numero, nec diffinitio feminini quod significat quandam qualitatem animalis est sine animali. Si non diffinitio aliquorum est ex additione, sequitur quod bis accidat idem dicere sicut in praedictis est

ostensum. Unde si verum est quod hoc inconveniens sequitur, sequitur quod accidentia copulata non habent diffinitionem. Deinde cum dicit: Sed latet etc. Solvit praemissam quaestionem dicens quod incidit haec dubitatio quoniam latet quod rationes non dicuntur eodem modo, idest univoce, quia ea quae dicuntur univoce similiter dicuntur; sed secundum prius et posterius ut supradictum est. Sicut praedicamenta accidentium copulata habent terminos, idest rationes aliquas, aut oportet quod aliquo modo sint illorum terminorum diffinitiones. aut quod diffinitio et quod quid erat esse quod significatur per diffinitionem dicitur multipliciter. quare sic quidem, idest simpliciter et primo, nulli est diffinitio nisi substantiae, nec etiam quod quid erat esse. sic autem, idest secundum posterius, erit et aliorum. substantia enim quae habet quidditatem absolutam non dependet in sua quidditate ex alio, ideo non oportet exteriorem esse in sui diffinitione. praedicamenta vero accidentium non habent esse nisi per hoc quod insunt substantiae, et ideo eorum quidditas est dependens ab alio. Et propter hoc oportet quod substantia in accidentium diffinitione ponatur, quandoque in recto, quandoque in obliquo. In recto quidem quando accidens significatur ut accidens in concretione ad substantiam, ut cum dico simum est nasus concavus. tunc enim nasus ponitur in diffinitione simi quasi genus ad designandum quod accidentia non habent subsistentiam nisi ex substantia. quando vero accidens significatur per modum substantiae in abstracto, tunc substantia ponitur in eius diffinitione in obliquo, ut dicendo sic: simitas est concavitas nasi. patet ergo quod cum dico nasum simum, non oportet loco simi accipere nasum concavum. quia nasus non ponitur in diffinitione simi quasi sit de essentia eius, sed quasi additum essentiae. Unde simum et concavum per essentiam idem sunt. sed simum addit super concavum habitudinem ad determinatum subiectum. et sic declaratio substantiae quod est nasus nihil differt simum a concavo. Unde oportet cum nasus aliquis loco simi ponere nisi concavum. et sic non erit dicere loco eius nasus simus nasus nasus concavus, sed solum nasus concavus. Deinde concludit ex praedictis quod palam est quod diffinitio que est eius quod quid erat esse, et ipsum quod quid erat esse, est solum substantiarum sicut primo solo habebat. nisi est et posterius et simpliciter eorum praedicamentorum et quod quid accidentium, ut in priori solutione dicebatur.

Utrum autem idem etc. Postquam declaravit philosophus quid est quod quid erat esse et quorum, hic inquirit quomodo se habeat quod quid erat esse ad id cuius est, utrum scilicet sint idem vel diversa. Et circa hoc tria facit. Primo movet quaestionem. Secundo solvit eam, ibi: singulorum non etc. Tertio ostendit quod ex solutione praedicta possunt solvi sophisticae rationes que circa hoc fiunt, ibi: ut sophistici elenchi etc. Dicit ergo primo quod perscrutandum est utrum quod quid erat esse cuiuslibet sit idem cuique cuius est quod quid erat esse, aut diversum. Sicut utrum quod quid erat esse hominis et homo sint idem aut diversum, et similiter de aliis. hoc enim scire pertinet et manifestare est aliquid proficere, idest principium ad perscrutationem de substantia quam intendimus hic et in sequentibus. Intendit enim inquirere utrum universalia sint substantiae rerum, et utrum partes diffinitionis intrent in diffinitionem corporum

et ad hoc valet ista perscrutatio quam nunc proponit. Deinde cum dicit: singulorum non etc. Solvit propositam quaestionem et circa hoc tria facit. Primo ponit quaestionis solutionem. secundo probat eam, ibi: Indicatis non etc. Tertio ostendit contrariam solutionem praedictae esse absurdam, ibi: absurdum dicere non apparebit etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod prima facie quaestionis propositae videatur. secundo ostendit in quo eius contrarium accidant, ibi: Indicatis itaque etc. Dicit ergo primo quod statim in primo aspectu hoc videtur quod in omnibus rebus singularum non sit idem alicuius substantiae. hoc autem quod est quod quid erat esse est substantia eius cuius est quod quid erat esse. Unde videtur primo aspectu quod quid erat esse sit idem unicuique cuius est. Deinde cum dicit: indicatis quidem itaque etc. ostendit in quibus quod permissum est non sit verum, dicens quod idem est quod quid erat esse proprium unicuique non esse aliud ab eo cuius est, quia est eius substantia. Itaque in illis que praedicantur secundum accidens non dicunt substantiam subiecti, esse diversum videtur quod quid erat esse praedicatum albo homini, idest quod quid erat esse albi hominis, ab eo quod est albus homo. Et sic videtur cum dicitur homo albus, supponitur homo. idem enim est homo et homo albus, ut isti dicunt. quia non potest de homine albo non potest de eo nisi quod potest de homine. accidens enim nunquam est substantia nisi ratione subiecti. quod in substantia intelligitur homo et homo albus sunt idem. Et per consequens idem quod erit esse albo homini et esse homini. Sic ergo quod quid erat esse albi hominis sit idem albo homini, erit et idem homini. Sed non est idem homini. Ergo quod quid erat esse albi hominis non est idem albo homini. Et sic in illis que sunt secundum accidens, quod quid erat esse alicuius non erit idem cum eo quod est quod quid erat esse. Quod autem quod quid erat esse albi hominis non sit idem homini patet, quia non est necesse quod quaecumque dicuntur secundum accidens de aliquo subiecto quod sint eadem illi subiecto. Subiectum enim est quodammodo medium inter duo accidentia quae praedicantur de ipso, inquantum illa duo accidentia non uniuntur nisi habitudine illi, sicut album et musicum unitate hominis de quo praedicantur. Est ergo homo ut medium, album vero et musicum ut extremitates. Si autem album esset idem homini per essentiam, et per rationem et musicum, tunc illa duo extrema album et musicum essent per essentiam idem, quia quae uni et eidem sunt eadem simpliciter sibi invicem sunt eadem. Hoc autem est falsum quod istae extremitates sint eaedem per essentiam. Sed forsan hoc videtur esse verum quod sunt eadem per accidens. Hoc autem verum est quod album et musicum sint idem per accidens. Sed quia hoc forte posset aliquis opinari quod si album et musicum sunt idem per accidens, ita et hoc quod est esse albo et quod est esse musico, idest quod quid est utriusque, sit idem per accidens. Sed hoc non videtur esse verum. album et musicum sunt idem per accidens ex hoc quod utrumque est idem per accidens homini. Non autem quod quid est esse albi vel quod quid est esse musici sunt idem cum eo quod quid est esse hominis. Unde quod quid est esse albi et quod quid est esse musici non sunt idem per accidens, sed solum album et musicum. Deinde cum dicit: [illegible] secundum se etc. manifestat solutionem propositam. Circa hoc duo facit. Primo manifestat eam quantum ad

ea que dicuntur per se. Secundo quantum ad ea quae dicuntur per accidens, ibi: Secundum accidens vero dictum etc. Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum quantum ad ea que dicuntur per se. Secundo concludit conclusionem intentam, ibi: Necesse igitur unum esse etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod in his que dicuntur per se non est aliud quod quid erat esse ab eo cuius est. secundo quod non est separatum, ibi: Et siquidem absoluta etc. Dicit ergo primo quod in illis que dicuntur per se semper necesse est idem esse quod quid erat esse et id cuius est. Ut patet si ponantur aliquae substantiae abstractae ab istis sensibilibus, a quibus non sint aliae substantiae abstractae, nec sunt aliquae aliae naturae priores eis. Huiusmodi enim substantias Platonici dicunt esse ideas abstractas. Si enim quod quid erat esse est aliud ab eo cuius est, oportebit hoc esse verum in omnibus quorum est quod quid erat esse. cum hae autem substantiae sint quod quid erat esse, ergo erit alia aliqualiter substantia quod quid erat esse eius. Unde et quod quid erat esse substantiae idealis erit alia ab ea. Unde si ipsum bonum, idest si idea boni, et quod est bono esse, idest quod quid erat esse huius ideae, est alterum, et similiter ipsum animal et quod est animali esse, et ipsum ens et quod est enti esse, et ita in omnibus aliis ideis, sequitur quod sicut primo substantiae ideales ponuntur praeter substantias sensibiles, ita erunt aliae substantiae et naturae et ideae praeter ideas dictas a Platonicis, quae erunt quod quid erat esse illarum idearum. Et illae aliae substantiae sunt priores ideis. Et hoc dico sequitur si quod quid erat esse substantiae est, idest si quaelibet substantia habet quod quid erat esse ut dictum est. Vel si hoc quod est quod quid erat esse pertinet ad substantiam. Illud enim a quo aliae res dependent est prius eis. Deinde cum dicit: Et siquidem etc. ostendit quod hoc quod est quod quid erat esse non est separatum ab eo cuius est, dicens: Et si quidem sunt absoluta ab invicem, idest si quod quid erat esse et id cuius est non solum sunt diversa sed etiam sunt ab invicem separata, sequuntur duo inconvenientia, quorum primum est quod harum rerum non sit scientia quarum quod quid est ab eis separatum. Secundum inconveniens est quod haec eadem non erunt entia. Et exponit quod dixerat absolutum ut invicem, ut ipsi bono, idest ideae boni quae ponitur a Platonicis, non insit hoc quod est esse bono, idest quod quid est esse boni. Et iterum huic, idest huic bono, inest esse bonum, idest quidditas boni. quod dicit absolutum praedicamentum esse intelligitur ut sit separatio quidditatis boni ab idea boni et a particulari bono quod dicitur per participationem ideae vel aliter. nec huic esse bonum, idest [illegible] huic scilicet quod quid erat esse competit esse bonum, ut scilicet quod quid erat esse boni sit separatum a bono. Et quod praedictum inconveniens sequitur hac positione facta patet, quia scientia uniuscuiusque in hoc consistit quod sciatur quod quid erat esse illius. Et hoc similiter se habet in bono et omnibus aliis. quare sequitur cum huic quod est esse bono, idest quidditati boni, non inest bonum, nec rei quod est esse enti, idest quidditati entis, non inest ens, nec similiter ei quod est esse unum inest unum. Quare similiter aut omnia aut nullum eorum sunt eadem cum suis quidditatibus. Si ergo bonum per separationem praedictam non inest ei quod est esse bono, ergo nec ei quod est esse bonum inerit bono.

quare et unum quod est esse enti erit idem cum ente. nec aliquid aliorum habebit unumquodque sicut quod quid est. et ita si unum quia sciuntur per quod quid est, ex hoc nulla res poterit sciri. quod fuit primum inconveniens. Item patet quod sequitur secundum, scilicet quod nihil erit ens nec bonum nec album nec aliquid huiusmodi. quia non potest esse bonum illud cui non inest hoc quod est bono esse, idest quod quid est boni. Si igitur quod quid est boni est separatum a bono et quod quid erat entis ab ente, sequitur quod illa quae dicuntur bona et entia non sunt bona nec entia, quae sunt secundum se dicta. Deinde cum dicit necesse igitur etc. concludit conclusionem principaliter intentam, dicens quod ex quo praedicta inconvenientia sequuntur si separetur quod quid erat esse a rebus, sequitur quod res ipsae non sint sanae nec entes, quod est inconveniens. necesse est igitur unum esse benignum et quod est benigno esse, idest quod quid est boni, et ponit hic duo, ut benignum pertineat ad haec particularia quae Platonici dicebant bona per participationem, bonum autem ad ipsam per se ideam boni. et similiter est de omnibus aliis quae dicuntur per se et non per aliud sive per accidens, quia in illis est alia ratio ut dictum est. ad hoc enim quod res sint sanae et sint entes, haec sufficientia, scilicet quod quid erat esse res sit idem cum re, sive existunt, idest si fuerint, etiam si non sint species ideales quas Platonici dicebant. Sed non propter aliud ponebant Platonici species nisi ut per eas possent habere scientiam de istis sensibilibus, et ut per earum participationem esse caperent. Sed forsan magis est sufficiens ad praedictum propositum quod quid est esse rei esse idem cum re, quam ipsae sint species. et si verum sit quod sint species, quia species sunt separatae a rebus, magis autem aliquid cognoscitur et habet esse per id quod est sibi coniunctum et idem quam per id quod est ab eo separatum. Ex hoc autem Philosophus dat intelligere destructionem specierum. Si enim species non ponuntur nisi propter scientiam rerum et esse earum, et ad hoc sufficiat alia positio, et haec non posita, et eo posito magis quam hoc, sequitur quod vanum sit ponere species. Et est attendendum, scilicet quod non sint species, palam est. quia si sint ideae et quales Platonici eas esse dicebant, sequitur quod id quod est subiectum, scilicet hoc res sensibilis, non sit substantia. ponebant enim Platonici quod necesse est ideas esse substantias et non esse de aliquo subiecto. contrarium enim est substantiae in subiecto non esse. Sed si ita substantia est, scilicet si ista sensibilia sunt substantiae, oportet quod sint secundum participationem illarum specierum, tunc illae species erunt de subiecto. Ex his itaque rationibus manifestum est quod est unum et idem non secundum accidens unumquodque quod quid erat esse eius, et scire unumquodque, quia scire quod quid est eius est. quare secundum expositionem praedictam necesse est unum esse ambo esse, scilicet rem et quod quid erat esse eius esse unum aliquid.

Deinde cum dicit secundum accidens vero etc. manifestat solutionem positam quo ad ea quae dicuntur secundum accidens, dicens quod in his quae dicuntur secundum accidens non est verum dicere quod sit idem quod quid erat esse et ipsum cuius est quod quid erat esse. et hoc propter duplicem significationem. cum enim dicitur homo albus, ex parte subiecti aliquid attribuitur ei, et ex parte accidentis praedicatum. Si ergo dicimus quod quod quid est albi hominis sit idem homini albo, ut quod sit

album duo possunt significari, scilicet quod sit idem homini, vel quod sit idem albo. et hoc est quod dicit. Et enim praeter significatur subiectum cui accidit album, et accidens. quare patet quod quodammodo est idem quod quid est albi hominis cum homine albo, et quodammodo non est idem. Non enim est idem homini vel albo homini, ut dictum est supra. Sed tamen est idem ipsi passioni. hoc est albo. idem enim est quod quid erat album et albo. Sed non potest dici quod sit idem cum homine albo. ut intelligatur esse idem cum illo.

Deinde cum dicit absurdum vero apparebit etc. ostendit quod praedicta ratione, quod absurdum est quod quid erat esse non esse idem cum eo cuius est, quod Platonici posuerunt separatum quod quid erat esse. Sed quia per modum suppositionis praedicti, quas positiones praeciderunt. dicit ergo quod non solum sunt inconvenientia, si praeter ea quod quid erat esse quae secundum se praedicantur existit separatum, et haec ponit duas rationes. quarum prima dicit quod dicere quod quid erat esse rei esse aliud ab ipsa res, apparebit absurdum, si aliquis imponat unicuique eorum quod quid erat esse suppositionis nomen. Erit enim eadem ratione et ipsi quod quid erat esse aliud quod quid erat esse. Verbi gratia, equus est quaedam res habens quod quid erat esse equo. Si ergo quod quid sit alia res ab equo, habeat ista res quoddam nomen, verbi gratia, a. quia ergo a sit quaedam res, habebit quod quid erat esse aliud a se, sicut equus. et ita habet quod est equo esse aliud quod quid erat esse rei. quod patet esse absurdum. Procedit autem hic ratio non solum quod quid est, sicut praecedens processit de ipsis rebus. Sed Aristoteles dicit quod quid est esse quoddam, et quiditas equi, ipsa res quae est esse quidditas equi, quod pluribus habet sicut ipse dicit quod quandam sunt sibi quod quid est esse. quod quid erat. Sed iam quod non solum res et quod quid erat esse eius est unum et idem, hoc mo[do], sed etiam sunt unum et eundem non ut excidit per esse in unum. non enim est unum secundum accidens. unum et quod quid erat esse unum. Sed est unum per se. et ita sunt secundum totum unum. secundum totum

ponit vel amplius. Si aliquid erit etc. quae talis est. si autem est quod quid erat esse rei res, hoc procedit in infinitum. oportebit enim dicere quod sint duae res quarum altera sit unum et altera sit quod quid erat esse unius, et eadem ratione erit tertia res quae est quod quid erat esse ei quod quid est esse unius. et sic in infinitum. Cum igitur non sit procedere in infinitum, palam est quod unum idem est cum eo quod est unum esse.

Deinde cum dicit Sophisticos autem elenchos etc. dicit palam esse quod eadem solutione qua soluta est praemissa quaestio, solvuntur sophistici elenchi qui fiunt ad hanc positionem, ad ostendendum scilicet quod non est idem quod quid erat esse rei et res. ut cum quaerunt sophistae ut si idem est Socrates et Socrati esse, et tenditur quod non. quia si idem est Socrates et Socrati esse, Socrates est albus, sequitur quod idem sit albus et Socratem esse, cuius solutio patet ex praecedentibus. Nihil enim differt nec ex quibus interrogabit utique aliquis, vel ex quibus fuerit solutio, idest non differt ex quibus fiat aliquis argumentando, nec quibus quaestionibus adaptet aliquis solutionem, dummodo sit eadem ratio solutionis. patet igitur ex dictis quomodo quod est esse unumquodque est idem et unumquodque et quomodo non. Est enim idem in his quae sunt per se, et in his quae sunt per accidens.

Quae autem etc. ad e-

invenienda eorum quae dicuntur quod quid est esse. idem quod diffinitio significat. unde cum diffinitio praedicatur de diffinito, oportet quod quid est esse de diffinito praedicari. non igitur est quod quid est esse hominis humanitas, quae de homine non praedicatur. Sed animal rationale mortale. humanitas enim non comprehenditur quicquid est in homine. Sed animal rationale mortale. Sed tamen humanitas accipitur ut principium formale eius quod est quod quid erat esse, sicut rationalitas sumitur ut principium differentiae, et animalitas ut principium generis. humanitas autem praeter ea non est omnino idem cum homine. quia importat principia essentialia hominis cum praecisione omnium accidentium. est enim humanitas qua homo est homo. nullum autem accidentium hominis est quo homo sit homo. unde omnia accidentia hominis excluduntur a significatione humanitatis. hoc ipsum autem quod est homo est quod habet principia essentiala, et in quo possunt accidentia inesse. unde licet in significatione hominis non includantur accidentia eius, non tamen homo significat aliquid separatum ab accidentibus. Et ideo homo significatur ut totum, humanitas significatur ut pars. Si autem est aliqua res in qua non sit aliquod accidens, ibi necesse est quod in nullo differat abstractum a concreto, ut maxime patet in Deo.

Horum autem quae fiunt etc. Postquam Philosophus ostendit quod quid erat esse et quomodo est, et quomodo non est aliud ab eo cuius est, hic intendit ostendere quod quiditates et formae existentes in istis sensibilibus non generantur ab aliquibus formis extra materiam existentibus, sed a formis quae sunt in materia. et hic erit unus modus quo destruitur positio Platonis ponentis species separatas. quas ponebant esse necessarias ad hoc quod per eas scientia de rebus sensibilibus haberetur, et ad hoc quod earum participatione res sensibiles existerent, et ad hoc quod essent principia generationis rerum sensibilium. Ostendit autem iam supra in praecedenti capitulo quod species separatae non sunt necessariae ad scientiam rerum sensibilium, nec ad esse earum. quia ad hoc sufficit quod quid est rei sensibilis in re sensibili existens. unde vult ostendere quod species separatae non sunt necessariae ad generationem sensibilium. quod ostendit in sequenti capitulo. dividitur ergo in partes duas. in prima praemittit quaedam quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. in secunda ostendit propositum, ibi, quia non aliquo fit quod fit etc. circa primum duo facit. primo praemittit quasdam divisiones rerum generationum. secundo manifestat eas, ibi, generationes autem naturales etc. ponit autem primo duas divisiones, quarum prima accipitur penes ea quae generantur et modos generationum. secunda penes ea quae ad generationem requiruntur. et hanc ponit ibi, omnia vero quae fiunt etc. dicit ergo primo quod eorum quae fiunt quaedam fiunt a natura, quaedam ab arte, quaedam a casu sive ab automato, idest praeter intentionem. cuius divisionis ratio est quia causa generationis aut est causa per se, aut est causa per accidens. sic est causa per se, vel est principium motivum in eo quod est, et sic est natura, vel est extra ipsum, et sic est ars. Natura enim est principium motus in eo in quo est, ars non. non est in artificiato quod fit per artem, sed in alio. Et ideo in his

diffiniendis Philosophus quod eorum quae fiunt quaedam fiunt a casu, quaedam non. Palmas autem non est causa per accidens, sicut est casus et fortuna. fortuna quidem in his quae aguntur ab intellectu. casus vero in aliis. utrumque non ab automato, idest sub praeter intentionem comprehenditur. quia verum est quod est ordinatum ad finem et non attingit ad ipsum a casu sive fortuna invenitur in his quae fiunt propter aliquid, cum accidit aliquid praeter id quod intendebatur non ab aliquo causa per se deficiente, unde ex parte dicitur magis causam deficientem habere aliquid praeter intentionem agentis. Deinde cum dicit omnia vero quae fiunt etc. ponit secundam divisionem quae sumitur penes ea quae ad generationem requiruntur. omnia enim quae fiunt, fiunt ab aliquo agente, et ex aliquo sicut ex materia, et sunt aliquid quod est terminus generationis. Et quia supra dixerat quod hoc aliquid praedicatur est in omnibus, ideo hic dicit generaliter esse sumendum ut per aliquid intelligatur quod praedicamentum in quo potest esse generatio simpliciter vel secundum quid, et per se vel per accidens secundum quod dixit aliquid aut significat hoc idest substantiam, aut quantum, aut quale, aut quid, vel ad aliud praedicamentum. Et huius distinctionis ratio est, quia in omni generatione fit aliquid actu quod prius erat in potentia. nihil autem potest de potentia reduci ad actum nisi per aliquod ens actu, quod est agens a quo fit generatio. potentia vero pertinet ex materia, ex qua aliquid generatur. actus vero ad id quod generatur. Deinde cum dicit generationes autem naturales etc. manifestat quod haec tria inveniuntur in tribus modis generationum. et hoc dividitur. primo manifestat propositum. secundo removet quoddam principium sophisticum, ibi, quae autem fiunt etc. circa primum tria facit. primo manifestat quod haec tria inveniuntur in generatione naturali. secundo in generatione quae fit ab arte, ibi, generationes non aliae etc. tertio in generationibus quae fiunt a casu, ibi, fiunt autem etc. circa primum tria facit. primo manifestat quae generationes sint naturales, dicens quod illae generationes sunt naturales quae sunt primo a natura. unde autem artis est aliquis [illegible] sicut generatur ignis et plantae vel aliquid aliud huiusmodi. Secundo ibi, hoc autem ex quo fit etc. exemplificat generationes [illegible] et primo de eo quod generatur ex quo, dicens quod hoc quod est ex quo fit generatio est materia. hoc autem a quo generatur est eorum quae sunt secundum naturam quod agit. hoc non est ad id quod generatur vel homo aut plantae aut aliud tale. [illegible] ad hoc dicens esse substantias, scilicet illa particularia composita ex quibus magis est manifestum quod sint substantiae, ut supra dictum est. [illegible] quod est principium actionis in agente naturali [illegible] compositum. [illegible] autem duo sunt ut generationis principia, scilicet materia et agens. [illegible] autem se habent ut generationis terminus [illegible] sunt quae generantur. [illegible] forma quae est principium actionis in agente [illegible] in ipso physico [illegible] autem generatur [illegible] secundum formam. [illegible] omnia autem quae fiunt etc. [illegible] quod omne enim scilicet principium ex quo fit [illegible] non solum [illegible]. Deinde cum dicit duobus

est manifestius. Dicens quod omnia que fiunt vel secundum naturam vel secundum artem habent materiam ex qua fiunt. Omne enim quod generatur vel per artem vel per naturam est possibile esse et non esse. Cum enim generatio sit de non esse in esse, in ... oportet id quod generatur quandoque esse quandoque non esse, quod non esset nisi esset ipsum possibile esse et non esse. Hoc autem quod est in unoquoque ipsorum ad esse et non esse est materia. Est enim materia in potentia ad formas per quas res habent esse, et ad privationes per quas habent non esse, ut ex superioribus patet. Relinquitur ergo quod in omni generatione oportet esse materiam. Quarto ibi "Universaliter" etc. Ostendit quomodo predicta tria se habent ad naturam, dicens quod universaliter quodammodo est natura. Nam principium ex quo est generatio, materia scilicet, dicitur natura. Et per hoc generationes simplicium corporum dicuntur naturales, licet principium activum in generationibus corporum sit extrinsecum, quod videtur esse contra rationem nature, quia natura est principium intrinsecum in quo est. Natura etiam dicitur id secundum quod fit generatio, scilicet forma generati, quod est natura, sicut planta aut animal, id est forma plante vel forma animalis. Generatio enim naturalis est que est ad naturam, sicut dealbatio que est ad albedinem. Etiam principium a quo fit generatio, sicut ab agente, est natura dicta secundum speciem, que scilicet est eiusdem speciei cum natura generati. Sed tamen est in alio; homo enim generat hominem. Non tamen generans et genitum sunt idem numero, sed specie tantum. Et per hoc destruitur opinio Platonicorum, qui formam rerum generatarum ponebant induci in materia ab agente non uno specie, sed non uno numero, nec uno specie nec uno numero. Alia littera habet quod principium a quo est secundum speciem dicitur natura conformis, quia licet non semper generans et genitum sint eiusdem speciei, semper tamen habent aliquam conformitatem, sicut cum equus generat mulum. Et ultimo concludit quod illa que generantur per naturam sic generantur ut expositum est. Deinde cum dicit "Alie vero generationes dicuntur factiones" etc. Declarat de hiis que generantur per artem, et circa hoc duo facit. Primo distinguit generationes que sunt secundum artem ab aliis generationibus que sunt secundum naturam. Secundo ostendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi "Ab arte vero fiunt" etc. Dicit ergo primo quod generationes que sunt alie a naturalibus dicuntur factiones. Factiones enim nominare consueverunt que in exteriorem materiam procedunt; possumus etiam nominare in rebus naturalibus, sicut cum dicimus quod calidum facit calidum, et cetera. Actu fiunt esse actu. Magis tamen proprie nominantur in hiis que fiunt per intellectum, in quibus intellectus agentis habet dominium super id quod fit, ut possit sic vel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit. Agunt enim ad aliquem effectum determinatum ab aliquo superiori eis prestitutum. Huiusmodi autem factiones vel fiunt ab arte vel a virtute vel a potentia. Prius autem hic ... per violentiam sicut quedam enim in hiis que non fiunt constituuntur ex sola virtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua vel aliquis ordinatus processus intellectus, ut maxime contingit in moribus habendis vel pertinendis ante impellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quia quando hoc contingit per artem,

quia non per solum intellectum vel virtutem artis non dicitur perficiatur. Sunt enim aliqui argumentantes per artem, aliqui vero sine arte ut ydiote. Ita etiam et ad opus artis alii per artem, alii sine arte faciunt per frequentiam operationis; alii per artem sed labilibus. Hiis autem generationibus que fiunt vel arte vel potentia vel intellectu quedam fiunt a casu et a fortuna, quando scilicet agens intendit finem aliquem et per suam actionem provenit aliquis finis preter intentionem agentis, sicut cum aliquis intendit se confirmare et ex hoc sequitur sanitas, ut postea dicet. Et consimiliter contingit in artificialibus, sicut infra dicet, similiter ars. Sicut enim ars per debita media pervenit ad formam quam intendit, ita et natura ad formam que est in spermate. Sic et per fortunam quandoque fiunt partes et preter intentionem artis aliquid similiter. Hic ... actum, accidit ita et similiter scilicet in rebus naturalibus eadem fiunt et ex spermate et sine spermate. Que quidem cum fiunt ex spermate fiunt ex natura; que autem fiunt sine spermate fiunt a casu. Et de hiis postea considerandum est in eodem capitulo. Hic autem ubi hoc positum duplicem habet dubitationem. Primo quidem quare cum eadem res sint determinate modo generationis, non videntur esse eadem que generantur et ex spermate et sine spermate per putrefactionem, quod Averroys in VIII physicorum sentire videtur, dicens quod non potest esse idem id quod generatur ex spermate et quod generatur ex putrefactione. Avicenna autem econtrario sentit quod omnia que generantur ex semine eadem secundum speciem possunt generari sine semine per putrefactionem, ut per aliquem modum commixtionis elementorum. Sententia autem videtur esse media inter has duas opiniones, quod scilicet aliqua possunt et sine semine generari et ex semine, non tamen omnia, ut infra dicet, sicut et in artificialibus omnia possunt fieri per artem et sine arte, sed quedam fiunt per artem tantum ut domus. Alia enim perfecta non videntur posse generari nisi ex semine. Alia vero imperfecta que sunt vicina plantis videntur posse generari et ex semine et sine semine, sicut et plante producuntur aliquando sine semine per actionem solis in terra ad hoc disposita, et tamen plante sic producte producunt semina ex quibus plante similes in specie generantur. Et hoc rationabiliter accidit, quia quanto aliquid perfectius est, tanto plura ad eius completionem requiruntur. Et propter hoc ad plantas et alia imperfecta sufficiat ad agendum sola virtus celestis. In aliis vero perfectis requiritur cum virtute celesti et virtus seminis. Unde dicitur in secundo physicorum quod homo generat hominem et sol. Secunda dubitatio est quia videntur alia generari sine semine ex putrefactione non secundum naturam, sed ex defectu agentis, scilicet ex virtute celesti, que in eorum generatione supplet vicem virtutis generative que est in semine, et habetur in commento XI huius. Sed sciendum est quod nichil prohibet aliquas generationes esse preter naturam prout referuntur ad unam causam, que tamen est per naturam relata ad aliam causam, sicut in ipso exemplo patet. Cum enim sanitas ex eo

fit in natura sequitur preter intentionem confricantis. Ipsa quidem sanatio si referatur ad virtutem que est corporis regitiva non est per accidens, sed per se intenta. Si vero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens et casualis. Sic et generatio animalium que ex putrefactione generantur: si referantur ad virtutes particulares hiis inferius agentes, inveniuntur esse per accidens et casualia. Non enim calor qui causat putrefactionem intendit ullam speciem generationis huius vel illius animalis quod ex putrefactione fit, sicut virtus que est in semine intendit productionem talis speciei. Sed si referatur ad virtutem celestem que est universalis regitiva virtutis generationum et corruptionum in istis inferioribus, non est per accidens, sed per se intenta, quia de eius intentione est ut producat in actu omnes formas que sunt in potentia materie. Unde recte assimilantur hec eis que fiunt ab arte et hiis que fiunt a casu. Deinde cum dicit "Ab arte vero" etc. Ostendit modum generationis que est ab arte. Et primo quantum ad principium effectivum. Deinde quantum ad principium materiale, ibi "Hoc autem" etc. Primo ostendit quid sit principium activum in generatione que est per artem. Secundo ostendit quomodo ab hoc principio procedatur in fieri, ibi "Fit itaque sanum" etc. Dicit ergo primo quod illa fiunt ab arte quorum species est in anima. Per speciem autem intelligit quod quid erat esse cuiuslibet rei factae per artem, ut quod quid erat esse domus quod sit domus. Et hoc nominat primam substantiam, id est primam formam. Et hoc ideo quia a forma que est in anima procedit forma que est in materia in artificialibus, in naturalibus autem econtrario. Hec autem forma que est in anima differt a forma que est in materia. Nam contrariorum sunt forme in materia diverse et contrarie, sed in anima est quodammodo una species contrariorum. Et hoc ideo quia forme in materia sunt propter esse rerum formatarum; forme autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem et intelligibilem. Esse autem unius contrarii tollitur per esse alterius, sed cognitio unius oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis iuvatur. Unde forme oppositorum in anima non sunt opposite, quinimmo substantia, id est quod quid erat esse privationis, est quodammodo substantia oppositi, sicut eadem est in anima sanitas et infirmitas. Per absentiam enim sanitatis cognoscitur infirmitas. Sanitas autem que est in anima est quedam ratio per quam cognoscitur sanitas, et consistit in anima et cognitione utriusque. Deinde cum dicit "Fit itaque sanum" etc. Ostendit quomodo ab hoc principio proceditur ad sanitatem, et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo sanitas que est in anima sit principium sanationis. Secundo quomodo diversimode accipitur principium in actione artis, ibi "Generationum vero et motuum" etc. Dicit ergo primo quod cum sanitas que est in anima sit principium sanationis que est per artem, tunc fit sanatio a medico cognoscente sic: sanitas est hoc, scilicet vel regularitas vel adequatio calidi, frigidi, humidi et sicci. Et si necesse est si sanitas debet contingere quod hoc existat, scilicet vel regularitas vel adequatio humorum. Et si hec regularitas vel equalitas debeat esse, oportet quod sit calor per quem humores reducantur ad equalitatem. Et ita semper procedendo a posteriori ad prius intelliget id

quod est factivum caloris, et ipsum et factivum illius, donec reducatur ad id ultimum quod ipse statim possit facere, sicut hoc quod est dare talem potionem. Deinde motus incipiens ab isto quod statim potest facere nominatur factio ordinata ad sanandum. Patet ergo quod sicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodammodo ex sanitate fieri sanitatem, et ex domo domum, scilicet ex ea que sine materia in anima existit illam que habet materiam. Ars enim medicinalis que est principium sanationis medicus est, ad quam species sanitatis que est in anima; et ars edificativa est species domus in anima. Ista species sine substantia sine materia est, quam superius dixit quod quid erat esse rei artificiate. Deinde cum dicit "Generationum vero" etc. Ostendit quomodo diversimode accipiuntur principia in actionibus artis. Dicit quod in generationibus et motibus artificialibus est aliqua actio que vocatur intelligentia, et aliqua que vocatur factio. Ipsa enim excogitatio artificis vocatur intelligentia, que incipit ab hoc principio quod est species rei fiende per artem, et hec operatio extenditur usque quo ventum est usque ad id quod est ultimum intentionis et primum in operatione. Illa vero actio que incipit ab ultimo ad quod intelligentia finivit vocatur factio, que est motus iam in exteriorem materiam. Sicut diximus de actione artis respectu forme que est ultimus finis generationis artificialis, similiter est de omnibus aliis factionibus mediis. Sicut ad hoc quod convalescat oportet quod adequentur humores. Hoc ergo ipsum quod est adequari est unum de intermediis quod est propinquissimum sanitati. Et sicut medicus ad hoc quod faciat sanitatem incipiet considerare quid est sanitas, ita ad hoc quod faciat adequationem oportet quod sciat quid est adequatio. Unde quod adequatio est hoc, id est debita proportio humorum in respectu ad naturam. Hoc autem erit si corpus fuerit calefactum, quod scilicet intemperatum propter defectum caloris. Et tamen oportet quod sciat quid est hoc, scilicet calefieri, sicut si dicam quod calefieri est inuncti a medicina calida. Et hoc scilicet dare medicinam calidam existit statim in potestate medici, et est iam in potestate, id est in potestate eius ut talem medicinam det. Sic ergo patet quod principium faciens sanitatem et similiter principium motus ad sanandum est species que est in anima, vel ipsius sanitatis vel aliorum remediorum per que acquiritur sanitas. Et hoc dico si sanatio fiat ab arte; si autem fiat alio modo, non erit principium sanationis species que est in anima. Hoc enim est proprium operationibus artis. Deinde cum dicit "Si vero accidit" etc. Manifestat quomodo fiunt generationes casuales. Et dicit quod cum sanatio fit a casu, tunc principium sanationis fit ab hoc quod est principium faciendi sanitatem ab eo qui facit sanitatem per artem. Et hoc est medium de principio factionis quod est ultimum in intellectu et primum in executione. Sicut si immediatum principium sanationis aliquando fit a calefactione, et tunc contingit sanatio casualiter cum calore accidit confricatione preter intentionem confricantis. Calor itaque

in corpore excitatur per confricationem vel medicationem aut est pars sanitatis quam inest sive sanitatis, sicut cum ipsa alteratio calefactionis ad sanitatem sufficiat. aut sequitur ad calorem aliquid quod est pars sanitatis. sicut cum per calorem fit sanitas propter hoc quod calor dissolvit aliquos humores corruptos, quorum dissolutio est iam constituens sanitatem. aut etiam potest esse hoc per plura media. sicut cum calor consumit humores superfluos impedientes aliquos meatus in corpore, quibus consumptis fit debitus motus spirituum ad aliquas determinatas partes corporis. et hoc ultimum est iam faciens sanitatem. et hoc est unum, scilicet quod est proximum faciens sanitatis est aliqua pars sanitatis. aut ut constitutive sanitatis est aliqua pars sanitatis. aut ut constitutive sanitatis, similiter est et in artificialibus. Nam partes domus sunt lapides quorum compositio iam est ad domum.

Deinde cum dicit quare sicut dicitur etc. excludit quamdam dubitationem. primo ponit dubitationem, secundo removet quamdam dubitationem, ibi: ex quo ut nunc sit etc. Dicit ergo primo quod ex quo omne quod generatur, generatur ex materia, et tamen generatur a suo simili, ideo est aliquid esse factum vel aliquid praeexistat, sicut oportet dicere. Cum enim ex nihilo nihil fiat, palam est quod aliquid oportet praeexistere quod sit pars rei generatae. Constat enim quod materia quae praeexistit est pars generati, quia ex hac fit, et hoc planum post, quia materia est in generato et ipsa fit generatum dum in actu educitur. nec solum pars quae est materia praeexistit, sed sicut ex dictis patet et praeexistit pars quae est intra rem, scilicet forma. Haec enim duo, scilicet materia et forma, sunt partes generati. Utroque enim modo possumus assignare quid sit circulus aeneus, vel dicendo materiam tantum partes et diffinientes et dicentes materiam, quia est aes, et dicentes speciem, id est formam, quia est talis figura. et haec dicimus ultimos artificiales circulos particulares. Nam circulus secundum speciem et formam est unum tantum, multiplicatur autem et individuatur per materiam. et hoc, scilicet figura, est genus in quo primo collocatur circulus aeneus. Unde patet ex dictis quod circulus aeneus in sua diffinitione habet materiam. Et ita patet quod species generati praeexistit super composito est, tam in naturalibus quam in artificialibus generationibus.

Deinde cum dicit ex quo non ut materia etc. removet quamdam dubitationem. Dubitaret enim aliquis cum materia sit pars compositi, quare non praedicetur de eo praedicatione quidditativa, ita quod praedicetur de composito in eo quod quid. Et hoc removet dicens, illud ex quo aliquid fit ut ex materia, quando praedicatur non praedicatur in abstracto sed denominative. quando enim dicimus non esse id, scilicet materiam, sed illud modo, sicut statua non dicitur lapis sed lapidea. et homo convalescens non dicitur illud ex quo, id est non recipit praedicationem eius ex quo fit dicitur. Fit enim convalescens ex infirmo, non tamen dicitur quod convalescens sit infirmus. Huius autem causa est quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex aliquo, scilicet ex privatione et ex subiecto quod dicitur materia. sicut dicimus quod homo fit sanus et quod laborans fit sanus. dicitur autem magis aliquid fieri ex privatione quam ex subiecto. Unde magis dicitur aliquid fieri sanum ex laborante quam ex homine, sed tamen hoc magis dicimus quod homo fit sanus quam laborans, quia non ille qui est sanus

non dicitur laborans, sed magis dicitur homo, et homo dicitur sanus. Sic ergo id quod fit praedicatur de illo, non autem de privatione. Sed in quibusdam privatio est non manifesta et innominata, sicut privatio cuiuslibet figurae in aere non habet nomen, nec etiam privatio domus in lateribus et lignis. et ideo in istis non nominatur privatio, et propter hoc sicut illic dicimus quod sanus fit ex laborante, ita hic dicimus quod statua fit ex aere, et domus ex lapidibus et lignis. et propter hoc et sicut illud ex quo fit sicut ex privatione non praedicatur de illo, quia non dicimus quod sanus sit laborans, ita nec hic dicimus quod statua sit lignum, sed ponitur ab illo nomine cum determinatione, ut dicendo quod non est lignum. Ideo ex quo fit sicut ex privatione non praedicatur de illo, quia non dicimus quod sanus sit laborans. Item nec hic dicimus quod statua sit lignum, sed lignea, nec aes sed aenea, nec lapis sed lapidea. Et similiter domus non est lateres sed laterea, quia si quis diligenter inspexerit, non fit statua ex ligno, nec domus ex lateribus simpliciter loquendo, sed per aliquam permutationem. Fit enim id ex illo sicut ex aliquo permutato, et non sicut ex permanente. aes enim infiguratum non manet dum fit statua, nec lateres in composito dum fit domus. et propter hoc non praedicatur nisi denominative, et talis fit praedicatio.

Quod vero ab aliquo etc. Postquam ostendit Philosophus quasdam de generationibus necessarias propositiones ad suum propositum ostendendum, scilicet ad ostendendum quod cum generationibus rerum non sunt ponendae species separatae, ex quibus duo sunt iam manifesta per praemissa, scilicet quod omnis generatio est ex aliqua materia, et quod unumquodque generatur a suo simili. Deinde autem intendit ostendere propositum ex huius quae supra investigata sunt. et dividitur in partes tres. In prima ostendit quid sit id quod generatur. In secunda ostendit quod causa generationis non est species separata, ibi: utrum igitur est quaedam sphaera etc. In tertia declarat quaedam quae possent esse dubia circa praedicata, ibi: dubitabit autem aliquis etc. Circa primum duo facit. primo ostendit quod forma non generatur nisi per accidens. secundo ostendit quod compositum generatur, ibi: generata non sphaera etc. Dicit ergo primo quod cum sint supposita, unum est quod omne quod fit, fit ab aliquo, et hoc est agens vel generans, a quo est principium generationis, et aliud est quod omne quod generatur generatur ex aliquo, ut illud generatum id ex quo est generatio non privatio sed materia. Dictum est enim supra qualiter fit aliquid ex materia et aliter ex privatione. Et tertium est quod id quod generatur oportet esse aliquid quod fit, et hoc est vel sphaera vel circulus vel quodcumque eorum aliorum. Ex istis suppositis oportet esse verum quod sicut agens generans non facit ultimum subiectum generationis quod est materia, ita non facit formam, scilicet hoc ipsum quod est sphaericum, nisi forte per accidens. Facit enim aeneam sphaeram quae est compositum, et quia aenea sphaera est sphaera, ideo per accidens facit sphaeram. Quod autem agens non faciat materiam, per se est manifestum, eo quod materia praeexistit factioni. Unde non oportet eum probare quod materia non fieret. Sed de forma poterat esse dubium eo quod forma non invenitur ante actionem. Unde oportet eum probare quod forma non fieret nisi per accidens. Et hoc ideo est quia formae non proprie habent esse,

sed magis sunt quibus aliqua habent esse. unde sicut est unum, ita est via in esse. illa tamen per se fiunt quae per formas habent esse. formae autem incipiunt esse eo modo quo sunt, vel factis quae per formas esse habent, et quod formae non fiant, sic probat. facere enim hoc aliquid est facere hoc ex aliquo subiecto quod est totaliter. Nec enim est aliud in generatione. facere enim hoc quod est aes rotundum non est facere hoc ipsum quod est rotundum, scilicet rotunditatem, quod autem hoc ipsum quod est facere sphaeram, id est formam sphaerae, sed est facere aliquid alterum, scilicet sphaeram, non qualitatem, sed in alio, scilicet in materia, quod est facere compositum. quod sic patet. si enim agens faciat aliquid, oportet quod faciat ex aliquo alio, sicut ex materia. hoc enim supra ostendebatur, scilicet quod omnis generatio ex materia fit. propter exemplum supra inductum, sicut agens dicitur facere sphaeram aeneam, et hoc ideo quia facit hoc quod est ipsa aenea ex hoc quod est aes. si igitur et ipsam formam faciat, palam erit quod faciet eam similiter, scilicet ex aliqua materia, et ita sicut sphaera aenea erit composita ex materia et forma, et procedit in infinitum. unde generationes procedent in infinitum, si omne generatum habet materiam et formam. palam igitur est quod non fit, nec erit species, scilicet forma rei generatae. Nec aliud quocumque sit quod oportet advenire formam in rebus sensibilibus, sicut ordo, compositio et figura in aliquibus tenet locum formae, maxime in artificialibus. nec generatio est eius quod fit. palam est quod nec generatio est formae, sed compositi, nec etiam quod quid erat esse rei generatae, nisi per accidens. sed forma quae est quod quid erat esse est quod fit in alio, id est in materia, non per se, et dico quod fit vel ab arte vel a natura vel a potestate, id est a quocumque agente per violentiam. Dicit autem quod quod quid erat esse non sic fit sicut ipsum rei factae. supra enim ostensum est quod unumquodque est idem cum suo quod quid erat esse, sed tamen quod quid erat esse est quod per se pertinet ad speciem, unde ab eo secluduntur conditiones individuales, quae per accidens insunt speciei. species autem et talia universalia non generantur nisi per accidens, singularibus generatis.

Sed tamen quia licet in latino dicatur quod forma fit in materia, non tamen proprie dicitur. forma enim proprie non fit, sed compositum. sic et dicitur forma esse in materia, licet forma non sit sed compositum per formam. ita et proprie modus locutionis est ut dicamus compositum generari ex materia in talem formam. forma enim proprie non fit, sed educitur de potentia materiae in actum, quae est species ad formam, sic actu per formam quae est facere compositum.

Deinde cum dicit et verum non sphaeram etc. ostendit quod compositum sicut dictum est, quod generans facit esse sphaeram aeneam. facit enim esse ex hoc quod est materia, sic ex principio generationis, et ex sphaera quae est forma et generationis terminus. facit enim hanc speciem, scilicet figuram sphaerae, in hoc, id est in hac materia, scilicet aere, et continuitatem hoc aes in sphaeram, et hoc est ipsa aenea, scilicet forma sphaerae. sed hoc, scilicet figura sphaerae, est esse sphaerae, id est quod quid est sphaerae, et quod quid est formae. non enim omne generatum, quia si esset eius generatio, oporteret quod esset ex aliquo sicut ex materia. oportet enim quod fit oportet esse divisibile in ista, scilicet quod eius hoc sit hoc, id est una pars sit hoc et alia pars sit hoc, et hoc exponit, scilicet quod una pars eius sit materia et

alia pars eius sit species. si igitur quod quid est sphaerae quantum ad ipsam formam est quod sit figura aequalis ex medio, id est quod sit quaedam figura solida a cuius medio ad extremitates omnes lineae ductae sunt aequales, oportet quod huius, scilicet sphaerae aeneae, hoc in quo, scilicet materia, sit in qua erit id quod facit generans, scilicet materia, et hoc sit in illo, scilicet forma, quae scilicet est figura ex medio aequalis, et hoc sit omne, id est totum quod factum est, scilicet aenea sphaera. palam igitur est ex dictis quod si omne quod fit oportet esse divisibile, quod id quod est ut species aut quod est ut substantia, id est quod quid erat esse, non fit, sed synodus, id est compositum quod dicitur et denominatur a tali forma vel quidditate, vel quod quid est, fit. Et etiam manifestum est quod in omni generato est materia, et quod aliud generati hoc est hoc et hoc, id est una pars est materia et alia pars est forma.

Deinde cum dicit utrum igitur est quaedam sphaera etc. ostendit quod ex quo formae non generantur sed composita, quod non oportet ponere species separatas esse causas generationis in istis inferioribus. Sciendum est autem quod Platonici ponebant species esse causas generationis dupliciter: uno modo per modum generantis, alio modo per modum exemplaris. primo igitur ostendit quod species separatae non sunt causae generationis per modum generantis. secundo quod non per modum exemplaris, ibi: in quibusdam autem non palam etc. Dicit ergo primo quod considerandum est utrum sit aliqua forma universalis praeter haec singularia, sicut quod sit quaedam sphaera absoluta separata praeter has sphaeras quae sunt in materia, aut quod sit aliqua domus universalis sine materia praeter lateres ex quibus constituuntur domus particulares. Movet autem quaestionem in artificialibus, quia Plato non posuit species separatas rerum artificialium, ut intelligatur esse quaestio utrum sit homo universalis praeter carnes et ossa ex quibus partes hominis constituuntur. Quod solvens huius conditionis hoc primo praemittit quod si esset aliquid sic hoc modo factum, nullo modo erit hoc aliquid, sed significabit tantum quale quid, quod non est determinatum. forma enim significat hoc aliquid determinatum, hoc non significat quale quid, quia significat formam absolutam et indeterminatam, quia significat absque determinatione huius vel illius. unde si sit homo praeter Socratem et Platonem et alios homines, non erit hoc aliquid determinatum. sed nos videmus quod in generationibus semper illud quod facit et generat ex hoc, id est ex tali materia, est tale hoc, id est tale aliquid determinatum huius speciei. et ideo quod generatum est, est hoc tale, id est aliquid determinatum huius speciei. oportet enim sic generatum esse hoc aliquid, et hoc aliquid generans sit simile generato, ut supra probatum est. et quia generatum sit hoc aliquid, ex hoc patet quod quod generatur est compositum, sed hoc esse, scilicet compositum, quod est hoc aliquid determinatum est, ut Callias et Socrates, sicut cum dicitur haec sphaera aenea. sed homo et animal non significant hoc aliquid, ex quo est generatio, sicut universaliter sphaera aenea vel aes. Sic igitur compositum generatur, cum generatur non ex hac materia per quam est hoc aliquid, oportet quod id quod generat sit hoc aliquid, et si generans sit simile generato, oportet quod generans sit hoc aliquid. unde non sit species universalis sine materia. Et manifestum est ergo ex dictis quod si sunt aliquae species praeter singularia, ut Platonici ponunt, tamen inutiles ad generationes et substantias rerum, sicut convenientes sunt

nisi per formam. Sed compositum acceptum secundum primam substantiam scilicet secundum formam habet diffinitionem. Dicitur enim compositum acceptum in specie, non tamen quod individuum. Sicut et individuum per materiam individuatur, ut utrumque ponitur in illa specie per formam. Simum enim homo est homo quod habet curvitatem nasi. Sed ex eo quod habet animam rationalem, sentientibus corporibus. Unde sed quod diffinitio speciei accipiatur a forma. Et quod ille partes materie sunt solum in diffinitione speciei in quibus prius et per se est forma. Sicut idem hominis est illa que est anima. Ex hoc enim est homo quod habet talem animam. Et propter hoc si homo diffinitur oportet quod diffiniatur per animam. Et quod in diffinitione speciei diffinitiae ponantur partes corporis in quibus primo est anima, sicut cor aut cerebrum, ut supra dixit. Et ipsum namque quia illa cum partes non est nisi materia et species scilicet forma que non est materia. Ex illa forma et materia tota substantia scilicet denominatur et constituitur. Sicut concavitas est quedam forma. Ex ea enim et naso dicitur nasus simus et simitas. Et substantia ex anima et corpore dicitur homo et humanitas. Si enim nasus qui est sicut materia esset pars concavitatis, tunc cum dicitur nasus concavus, bis diceretur nasus. Similiter enim diceretur per hoc nomen et etiam per ipsum includeretur in diffinitione concavitatis poneret in eius diffinitione ut prius concavitas animalis et non quasi ex additione ut supra dictum est. Quoniam autem materia non sit secundum forme, et cum in tota substantia composita sicut concavitas est in naso simo. Et tamen in individuali est materia. Denique et supra quod quid erat esse unumquodque est idem cum eo cuius est. Quod quidem est simpliciter verum in quibusdam sicut in primis substantiis scilicet in immaterialibus. Sicut ipsa curvitas est idem cum eo quod quid est curvitatis si curvitas est de primis substantiis. Quod quidem dicit quia curvitas non est forma simpliciter non tamen sensibilis sed intellectualis que est ipsum compositum vel quamdam que prius est, est enim quedam curvitas prima sicut curvitas que est in speciebus per philosophos in quibus species est verum quod quelibet est idem cum suo quod quid est. Alia autem curvitas que est in rebus sensibilibus vel in mathematicis, non est prima. Unde non est idem quod quid erat esse. Dicit autem et exponit quod per primam substantiam hic non intelligit substantiam particularem sicut in primis. Sed que non dicitur per hoc quod sit in alio sicut in subiecto materiali. Ille res que sunt forme non in materia sicut species separate. Quecumque vero sunt sic in materia et subiecto composita cum materia sicut compositum quod habet in materia rationem materie ipsius non est idem quod quid est esse cum eo cuius est. Neque etiam est unum in hiis que dicuntur secundum accidens sicut Socrates et musicus sunt eadem per accidens.

Attendendum est etiam quod ab hac summa quam supra posuit quod quod quid est idem cum unoquoque cuius est, duo hic excepit. Scilicet illa que dicuntur per accidens et [illegible] miles. Et non excepit nisi illa que dicuntur per accidens. Sed et nunc solum ista excludit, sed etiam materiales. Sic enim supra dictum est quod quod quid erat esse est idem quod significat diffinitio. Diffinitio autem non assignatur individuis sed speciebus. Et ideo in individuis quod est individuationis principium est preter id quod quid erat esse. Et impossibile autem est in rebus non esse speciem nisi in hoc individuo. Unde sed quod licet res non habeat materiam individualem que non pertinet ad quod quid est. Unde nulla res non sic sine materia habeat esse ipsum quod quid est. Sed est huius sicut Sortes non est humanitas sed est habens humanitatem huius. Si autem esset possibile esse hominem compositum ex corpore et anima qui non esset hic homo ex hoc corpore et ex hac anima compositus tunc homo esset suum quod quid erat esse, quamvis haberet materiam. Licet autem homo preter singularia non sit in rerum natura, est tamen secundum quod pertinet ad logicam considerationem. Et super illam logice considerat de quod quid erat, non excludens substantias sensibiles [illegible] in illis est idem quod quid est cum eo cuius est. Homo enim communiter est idem cum suo quod quid est logice loquendo. Ut autem postquam iam descendit ad principia naturalia que sunt materia et forma, secundum quod divisiones comparantur ad particulare quod subsistit in [illegible], excipit hic ab eo quod supra dixerat idem esse quod quid est cum unoquoque substantias materiales, in rerum natura existentes. Relinquitur autem quod ille sole que sunt forme tantum subsistentes, non habent aliquid preter individuum quod sit extra rationem speciei rei significantem quod quid est. Et ideo ille simpliciter unum est quod quelibet earum est suum quod quid erat esse.

primo ex praedictis concludit propositum dicens quod si aliquis motus est sempiternus, ille motus non est in potentia, nec iterum mobile est in potentia ad motum, sed est in potentia unde quo, idest ut ab hoc in hoc transeat. Cum enim motus sit actus existentis in potentia, oportet quod omne quod movetur esse in potentia ad terminum motus, non autem ad ipsum motum, sed ad quem tendit per motum. Et quia quod movetur oportet habere materiam, ut in VIII huius ostensum est, relinquitur quod mobile motu sempiterno habet materiam, quamvis non sit in potentia ad motum simpliciter, est tamen in potentia ad hoc ubi vel illud. Secundo ibi, Propter quod semper etc., concludit quoddam corollarium ex dictis. Quia enim quod movetur motu sempiterno non est in potentia ad ipsum motum, motus autem caeli sempiternus est secundum quod ostendit in VIII Physicorum, sequitur quod sol et astra et totum caelum semper agunt, quia semper moventur, et per motum suum agunt. Nec est timendum quod aliquando motus caeli stet, ut timuerunt quidam naturales, scilicet Empedocles et sequaces eius, qui posuerunt quod per vices amicitia mundus quiesceret et iterum per vices regeretur. Et ideo dicit non esse timendum quia non sunt in potentia ad non moveri. Et propter hoc etiam incorruptibilia corpora in eo quod moventur non laborant. Non enim inest eis potentia contradictionis, scilicet ut moveantur et non moveantur, sicut est in corruptibilibus quae etiam agunt per motum, ita quod per huiusmodi motum in contrario motum fiat eis cum labore. Quia enim corruptibilia laborent in eo quod moventur, causa est quia sunt in potentia ad motum et non motum, et non habent hoc ex natura sua naturale quod semper moveantur. Unde videmus quod tanto aliquis motus est laboriosior, quanto res magis est propinquior ad non motum, sicut patet quod motum sursum in gravibus laboriosum est. Quia ergo hoc dicit de perpetuitate motus caeli, dicit hoc secundum naturam corporis caelestis quae est extra simul. Sed hoc non praeiudicat divinae voluntati, a qua dependet motus caeli et esse eius. Tertio ibi, Imitantur autem incorruptibilia, comparat corpora corruptibilia corporibus incorruptibilibus secundum aliquam similitudinem, dicens quod corpora quorum esse est in transmutatione imitantur corpora incorruptibilia in eo quod semper agunt, sicut ignis qui per se semper calefacit, et terra quae secundum se semper facit operationes proprias, et aliae huiusmodi. Etiam habent motum secundum propriam naturam secundum se et in se, quia formae eorum sunt principia talium motuum et actionum. Secundo ibi, Potentiae vero aliae etc., ponit comparationem per dissimilitudinem, dicens quod aliae potentiae rerum mobilium de quibus supra declaratum est omnes sunt contradictionis. Contradictio autem est in rebus sempiternis quae sunt secundum actum, ut dictum est. Nam potentiae rationales sunt contradictionis eo quod possunt movere sic vel non sic, ut supra dictum est. Potentiae vero irrationales operantur uno modo, sed tamen sunt contradictionis per hoc quod possunt adesse et non esse, sicut aliae potentiae ante dictae [...]. Deinde cum dicit Si igitur aliquae sunt naturae etc. Ex praemissis excludit quandam Platonis positionem. Ponebat enim Plato formas separatas quas maxime esse dicebat, sicut si poneret scientiam separatam

quae vocabatur per se scientia, et dicebat quod hoc erit principium actuum sibi similium, scilicet ipse motus in genere mobilium. Sed per consequentiam apparet quod erit propinquius genere scibilium quam per se scientia, et in genere mobilium quam per se motus, ut dicatur contrarium. Per se sciens enim est ad actum propinquior quam potentia. Scientia autem ipsa est quaedam potentia vel consideratio, quae est actus eius, erit ea potentior vel prior. Ultimo epilogat quod dictum est, scilicet quod actus est prior potentia et omni principio motus.

Quod autem melius etc. Postquam comparavit actum et potentiam secundum prius et posterius, hic comparat ea secundum bonum et malum; et circa hoc duo facit. Primo dicit quod bonus actus est melior potentia. Quod quidem manifestum est ex hoc quod id quod est in potentia idem in potentia existit ad contraria, sicut quod potest sanari est idem quod potest infirmari, sicut est in potentia ad utrumque, et iterum quia eadem est potentia utriusque contrarii, sicut videndi et laborandi et quiescendi et movendi, et aliorum huiusmodi oppositorum. Tamen patet quod aliquid simul potest contraria, sed contraria non possunt esse simul actu; contrariorum ergo utrumque seorsum est hoc quidem bonum ut sanum, aliud vero malum ut infirmum. Nam semper in contrariis unum est ut deficiens quod ad malum pertinet. Sic ergo id quod est bonum in actu est magis bonum. Sed potentia se habet similiter ad utrumque. Unde secundum quod est in potentia habet autem neutrum simpliciter quod est esse in actu. Relinquitur ergo quod actus sit melior potentia, quia id quod est simpliciter bonum est melius eo quod est secundum quid bonum coniunctum malo. Secundo ibi, Necesse autem etc., ostendit quod e contrario in malis est actus peior potentia, et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum ex ratione superius inducta, quia id quod est simpliciter malum est peius quam quod se habet ad malum, et peius eo quod est secundum quid malum, quod se habet ad malum et ad bonum. Unde cum potentia ad malum non dicatur malum nisi secundum quod eadem est et ad bonum. Nam [...] potentia quae est ad contraria, relinquitur ergo quod actus malus est peior potentia ad malum. Secundo ibi, Palam igitur etc., concludit ex dictis quod ipsum malum non est quoddam unum praeter res aliquas quae secundum naturam sunt bonae. Nam ipsum malum secundum suum esse est posterius quam potentia, quod est prius et magis elongatum a perfectione naturae. Unde cum potentia non possit esse aliquid praeter res, multo minus ipsum malum. Tertio ibi, Non ergo nec in eis etc., inducit aliud corollarium, scilicet quod malum non est nisi praeter potentiam. Potentia autem non invenitur in rebus sempiternis ut supra ostensum est. Non erit igitur in eis aliquod malum neque peccatum nec aliqua corruptio. Nam corruptio quoddam malum est. Est autem hoc intelligendum in quantum sunt sempiterna et incorruptibilia. Etiam secundum quod nihil prohibet in eis esse corruptionem ut secundum ubi aut secundum aliquid huiusmodi. Inveniuntur autem et diagrammata etc. Postquam comparavit potentiam et actum secundum prius et posterius et secundum bonum et malum, hic comparat ea secundum intelligentiam vel cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ea secundum ipsum intelligere. Secundo secundum veritatem et falsitatem, ibi, Quoniam vero ens etc. Dicit ergo primo quod diagrammata, idest descriptiones geometricae

inveniuntur, idest per inventionem cognoscuntur per dispositionem figurarum in actu. Geometrae enim inveniunt quae quaerunt dividendo lineas et superficies. Divisio autem reducit in actum quod erat in potentia. Nam si essent omnia divisa, sicut requirit inventio veritatis, manifesta essent quae quaeruntur. Sed quia per primam dispositionem figurarum sunt in potentia huiusmodi divisiones, ideo non statim fit manifestum quod quaeritur. Hoc autem notificat per duo exempla, quorum primum est hoc: quare triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis. Quod quidem sic demonstratur. Sit triangulus a.b.c. et protrahatur basis a.c. in continuum et directum. Huiusmodi ergo basis protracta faciet cum latere trianguli b.c. angulum in puncto c. qui quidem angulus extrinsecus aequalis est duobus angulis intrinsecis sibi oppositis, scilicet angulo a.b.c. et angulo b.a.c. Manifestum est autem quod duo anguli consistentes circa punctum c., quorum unus est extrinsecus trianguli et alter intrinsecus, sunt aequales duobus rectis. Demonstratum est enim quod linea recta super aliam lineam cadens quomodocumque faciet duos angulos rectos aut aequales duobus rectis. Relinquitur ergo quod angulus interior in puncto c. constitutus cum aliis duobus qui sunt aequales angulo exteriori, omnes scilicet tres sunt aequales duobus rectis. Hoc est ergo quod philosophus dicit, quod propter quid triangulus habet duos rectos, quia duo anguli qui sunt circa unum punctum, puta circa punctum c., quorum unus est interior et alter exterior, sunt aequales duobus rectis. Ideo qui producit angulum qui fit extra producto uno latere trianguli statim fit manifesta dispositio figurae quod triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis. Secundum exemplum est hoc quod in universali omnis angulus qui in semicirculo describitur est rectus. Quod quidem demonstratur sic. Sit semicirculus a.b.c. et in puncto b. qualitercumque cadat constituatur angulus cuius contendit basis a.c. quae est diameter circuli. Dico igitur quod angulus b. est rectus. Cuius probatio est, quia cum linea a.c. sit diameter circuli, oportet quod transeat per centrum. Dividatur ergo per medium in puncto d., et producatur linea d.b. Sic ergo linea d.b. aequalis est lineae d.a., quia sunt protractae a centro usque ad circumferentiam. Ergo in triangulo a.b.d. aequalis est angulus d.b.a. angulo a., quia omnis trianguli cuius duo latera sunt aequalia, anguli a. et b. ergo duplum solius anguli b. Sed angulus b.d.c., cum sit exterior, est aequalis duobus angulis a. et b. praedictis, ergo angulus b.d.c. est duplus anguli b. praedicti. Similiter probatur quod angulus c. est aequalis angulo b. trianguli b.c.d., eo quod duo latera d.b. et d.c. sunt aequalia, cum sint protracta a centro ad circumferentiam, et angulus exterior scilicet a.d.b. est aequalis utrique; ergo est duplus anguli c.b.d. Sunt ergo duo anguli a.d.b. et b.d.c. duplum totius anguli a.b.c. Sed duo anguli a.d.b. et b.d.c. sunt aut recti aut aequales

duobus rectis, quia linea d.b. cadit super lineam a.c. Ergo angulus a.b.c. qui est in semicirculo est rectus. Et hoc est quod philosophus dicit, quare deinde recto est rectus ille qui est in semicirculo, quia tres lineae sunt aequales, scilicet duae in quas dividitur basis, scilicet d.a. et d.c., et tertia quae est media, idest ducta a centro super utramque, scilicet d.b. Et hoc dispositionem videnti statim manifestum est sciendo principia geometriae quod omnis angulus in semicirculo est rectus. Sic ergo concludit philosophus manifestum esse quod quae aliqua reducuntur de potentia in actum tunc inveniuntur. Cuius causa est, quia intelligere actus est. Et ideo ea quae intelliguntur oportet esse actu. Propter quod ex actu cognoscitur potentia. Unde facientes aliquid ad actum cognoscunt, sicut patet in praedictis descriptionibus. Necesse est enim secundum viam posterius secundum ordinem generationis [...] sit actus quam potentia, ut supra expositum est.

Quoniam autem ens dicitur et non ens etc. Hic comparat philosophus actum ad potentiam secundum veritatem et falsitatem, et circa hoc duo facit. Primo proponit quod verum et falsum simpliciter dicitur secundum actum. Secundo manifestat propositum, ibi, Hoc autem in rebus est componi aut dividi etc. Circa primum excludit quoddam corollarium, ibi, Palam et quia de immobilibus. Dicit ergo primo quod cum ens et non ens et oppositum dicatur multipliciter, uno modo secundum diversa praedicamenta, quae sunt substantia, quantitas etc., alio modo secundum potentiam et actum vel utrorumque contraria, quia unumquodque contrariorum potest esse actu vel potentia, tertio modo quod est actu magis propriissime autem verum aut falsum. Deinde cum dicit Hoc autem in rebus etc., probat quod supposuerat, et circa hoc tria facit. Primo manifestat illud propositum. Secundo ibi, Sed circa simplicia, colligit unum, ibi, Esse vero ut verum. Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum. Dicit quod hoc, scilicet esse verum vel falsum in rebus nihil aliud est quam componi et dividi. Unde qui putat dividi quod est divisum in rebus verus est in sua opinione, ut qui putat hominem non esse asinum; similiter qui putat componi quod est compositum in rebus, ut qui putat hominem esse animal. Ille autem mentitur seu falsum dicit qui contrario modo habet res in sua opinione quam res sint in sua natura, ut qui putat hominem asinum aut non esse animal. Quia quidem esse aut non esse [...] dicitur verum vel falsum, considerandum est [...]. Non enim ideo tu es albus quia nos vere existimamus te esse album, sed e converso ideo existimamus te esse album quia tu es albus. Unde manifestum est quod dispositio rei est causa veritatis in opinione et oratione. Hoc autem addit ad manifestandum quod supra dixit quod verum et falsum in rebus nihil aliud est quam componi et dividi. Oportet enim veritatem et falsitatem quae est in oratione vel opinione reduci ad dispositionem rei sicut ad causam. Cum autem intellectus compositionem format, accipit duo quorum unum se habet ut formale respectu alterius. Unde accipit id ut in alio existens, propter quod praedicata tenentur formaliter. Et ideo talis operatio intellectus ad rem debet reduci sicut ad causam; oportet quod in compositis substantiis ipsa compositio formae ad materiam aut eius quod se habet per modum formae et materiae, vel etiam compositio accidentis ad subiectum respondeat, quasi fundamentum et causa veritatis, compositioni quam intellectus

Explicit liber Nonus. Incipit Decimus methaphisice

totum uniforme, ut linea recta aut circularis, quam quod non est totum uniforme, sicut duae lineae constituentes angulum, in quo continuantur. Magis autem hoc est unum quod est linea recta vel circularis, quam duae lineae angulum constituentes. Nam linea recta oportet quod habeat unum motum. Non enim potest esse quod una pars eius moveatur et alia quiescat, vel una sic moveatur et alia aliter; sed tota simul uno motu movetur. Et similiter circularis est. Sed in duabus continuis constituentibus angulum possumus ymaginari quod una linea quiescente alia moveatur ei appropinquans, et minorem angulum constituat, aut ab ea elongata constituat angulum maiorem. Et ita patet quod uniformis rei continuum est magis unum, quam non uniformis, et indivisibilior et magis simplex.

Deinde cum dicit amplius autem etc. ponit secundum modum in quo aliqua dicuntur unum: non solum quod est unum sit tale, id est continuum, sed quod plus habeat, scilicet ut sit quoddam totum habens aliquam formam, sicut animal est unum et superficies triangularis est una. Et sic unum addit supra unitatem continuitatis unitatem quae est ex forma, secundum quod aliquid est totum et speciem habens. Et quia aliquod est totum per naturam et aliquod per artem, addidit quod maxime est unum si quid est unum per naturam, et non per violentiam, sicut per violentiam ad totum constituendum coniungitur quaecumque uniuntur aut visco aut aliqua tali coniunctione. Sed id quod est continuum per naturam est magis unum, quod scilicet est sibi ipsi causa ut sit continuum, quia principium suae est tale.

Deinde cum dicit tale vero etc. ostendit talem totum unitatem in istis duobus modis, dicens quod aliquid est tale, id est continuum et unum, eo quod est motus eius unus et indivisibilis loco et tempore; loco quidem quia illius quaecumque partem loci movet una pars continui et alia, tempore vero quia non quando movetur una et alia. Unde si aliquid continuum et totum per naturam dicitur unum quia motus eius est unus, manifestum est quod si aliquid continuum totum habet in se principium primi motus, hoc erit primum unum in magnitudine. Sicut inter motus primus motus est localis, et inter motus locales primus est circularis, ut probatur in octavo Physicorum; quia inter corpora quae moventur motu circulari non est quod habet principium talis motus, scilicet corpus quod revolvit et revolvuntur alia corpora motu diurno, unum maxime est quod hoc est primum in magnitudine unum, quia hoc habet principium primi motus primi. Sic ergo apparent duo modi unitatis, quod sicut continuum dicitur unum aut sicut totum dicitur unum.

Deinde cum dicit magis autem sic vero sunt una etc. ponit alios modos unius, dicens quod quaedam alia dicuntur unum non propter motum unum sed propter rationem unam. Haec autem sunt quorum est intellectus unus, quae scilicet una apprehensione apprehenduntur. Ad hoc quod aliquid una apprehensione apprehendi talia quorum est una apprehensio indivisibilis, quae quidem contingit duobus: aut quia apprehensio indivisibilis est eius quod est unum specie aut eius quod est unum numero. Unum quidem quod est indivisibile ipsum singulare, quod non potest praedicari de multis. Species autem est indivisibile quod est unum secundum scientiam et cognitionem; non enim in diversis singularibus aliqua sit una natura quae possit dici species, sed intellectus apprehendit ut unum id in quo omnia ista conveniunt. Et sic in apprehensione intellectus species fit indivisibilis, quae realiter est divisa in divisis individuis. Et quia substantia prior est ceteris aliis generibus, cum unum dicatur huiusmodi propter rationem unam, sequitur quod primum unum secundum hos modos sit unum substantia, quae scilicet est similis causa unitatis, sicut secundum priores duos modos primum unum erat magnitudo circulariter mota.

Deinde cum dicit dicitur quidem unum etc. reducit modos unius suprapositos ad unam rationem, colligendo quae supra dixit. Dicit ergo quod unum dicitur multis modis, scilicet quae continuum per naturam et totum, et singulare et universale, ut species. Et omnia ista dicuntur unum propter hoc quod est esse indivisibile. Nam quaedam unum est esse indivisibile. Sed in primis duobus dicitur unum quia eorum motus est indivisibilis. In aliis autem duobus dicitur unum quia eorum est intelligentia aut ratio indivisibilis, id est apprehensio rei percipiens.

Deinde cum dicit oportet autem intelligere etc. ostendit quomodo unum praedicatur de his quae dicuntur unum. Dicit quod oportet intelligere quod non similiter est unum cum aliquibus dicitur unum, quod quid est unum et quod est ratio unitatis; sicut etiam non hoc modo lignum dicitur esse album quod lignum sit hoc ipsum quod est album, sed quia album accidit ei. Hoc autem quod diximus sic manifestatur, quia unum dicitur multis modis ut dictum est, et aliquis eorum dicitur esse unum eo quod inest ei aliquis istorum modorum, puta vel continuum vel totum vel species vel singulare. Sed hoc ipsum quod est unum quandoque accipitur secundum quod inest alicui istorum modorum, puta ut dicimus quod unum secundum quod est continuum unum esse et aliud. Quandoque autem hoc ipsum quod est unum attribuitur ei quod est magis propinquum nomini unius, sicut indivisibile, quia tamen licet sit potestate continuum per diversos modos, quia indivisibile secundum motum est continuum et totum; indivisibile autem secundum rationem est singulare et universale. Et ad hoc videtur etiam de elementis. Aliquando enim dicimus talem rem esse elementum, assignando definitionem nominis. Aliquando autem dicimus hoc ipsum quod est elementum esse aut naturam secundum se, id est hoc ipsum quod est elementum, quod pythagorici ponebant, scilicet ignem esse elementum omnium vel ad aliud, ipsum quod per se convenit elementum esse. Sed quodammodo ignis non est elementum. Non enim idem est ignis et hoc ipsum quod est elementum esse rei, sed nomen elementi de igne praedicatur ut accidens igni, scilicet quod ignis sit ex quo adest ut ex primo inmanente existente, quod est ratio elementi. Dicit autem in textu ad removendum priorem, sicut et dicitur de elemento, sic et de causa et nominibus talibus, quod res de quibus dicuntur non sunt hoc ipsum quod significant nomina. Sic enim lignum album non significat hoc ipsum quod significat hoc nomen albus, significat enim qualitatem. Ipsum autem unum esse est indivisibile esse, quia unumquodque competit enim quod est susceptibile

loco et specie vel quocumque alio modo.

Maxime autem et primo quod est metrum etc. Postquam ostendit philosophus quot modis dicitur unum et quae sit ratio unius, ad quam omnes modi unius reducuntur, scilicet esse indivisibile, hic ex hac ratione unius ostendit quandam eius proprietatem, scilicet esse mensuram. Et dividitur in partes duas. In prima ostendit quomodo unum competit ratio mensurae et aliis generibus accidentium. Ultra vero ostendit quomodo unum huius ratio mensurae inveniatur in multis, secundum illam: Non autem etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit in quo genere primo inveniatur unum huiusmodi ratio mensurae et quomodo exinde ad alia derivetur secundum praedictam rationem unius. Secundo ponit quomodo derivetur ad alia secundum quandam similitudinem, ibi: Et sicut metrum etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit ubi primo sit unum ratio mensurae et quomodo ex inde fiat ad alia derivatio. Secundo ponit quandam considerationem circa mensuras, ibi: Non semper autem numero unum etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo unum quod est mensura invenitur in quantitate et exinde ad alia genera derivetur. Secundo in qua specie quantitatis primo est, ibi: Ex quo primo cognoscitur etc. Dicit ergo primo quod, cum ratio unius sit indivisibile esse, id autem quod est aliquo modo indivisibile in unoquoque genere sit mensura, maxime dicetur, scilicet unum, ideo quod est esse primam mensuram cuiuslibet generis. Et maxime proprie invenitur in quantitate, et inde derivatur ad alia genera ratio mensurae. Mensura enim nihil aliud est quam id quo quantitas rei cognoscitur. Quantitas vero rei cognoscitur per unum aut numerum: per unum quidem sicut cum dicimus unum stadium vel unum pedem, per numerum autem sicut cum dicimus tria stadia vel tres pedes. Et ulterius quia omnis numerus cognoscitur per unum, eo quod unitas aliquoties sumpta numerum reddit, unde relinquitur quod omnis quantitas cognoscatur per unum. Addit autem in quantum quantitas, ut referat hoc ad mensuram quantitatis. Nam proprietates et accidentia quantitatis alio modo cognoscuntur.

Deinde cum dicit ex quo primo cognoscitur etc. ostendit in qua specie quantitatis primo sit unum et mensura. Dicit ergo hoc ipsum quod mensurae primo inveniuntur in discreta quantitate quae est numerus, dicens quod id ex quo primo cognoscitur quantitas est ipsum unum, id est unitas quae est principium numeri. Nam unum in aliis speciebus quantitatis non est ipsum unum, sed aliquid cui accidit unum, sicut dicitur una manus aut una magnitudo. Unde sequitur quod ipsum unum quod est prima mensura sit principium numeri secundum quod est numerus.

Deinde cum dicit hinc autem in aliis etc. ostendit quomodo inde derivetur in alias species quantitatis, dicens quod hinc, scilicet ex unitate quae est principium numeri, dicitur mensura in aliis quantitatibus, id est quo primo cognoscitur unumquodque eorum, et quod est mensura cuiuslibet generis quantitatis dicitur unum in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus, scilicet in dimensionibus, quae sunt tres, scilicet longitudo, latitudo et profunditas; et in ponderibus, in quibus dicitur gravitas; et in motibus, in quibus dicitur velocitas, quae refertur ad mensuram temporis. In dimensionibus quidem nulli dubium erat an quantitates essent, et quod proprie eis competeret mensura. Sed quia de gravitate et velocitate potuit esse dubium, eo quod magis videntur esse qualitates quam quantitates, ideo ostendit quomodo pertineat ad genus quantitatis et quomodo competit eis mensura, dicens quod gravitas et velocitas habent aliquid commune in contrariis, scilicet quod in utroque contrariorum inveniuntur. Nam grave est aliquo modo leve et e contrario, et velox est aliquo modo tardum. Utrumque enim eorum est dupliciter. Sic enim grave uno modo dicitur absolute, scilicet quod habet inclinationem ut feratur ad medium, sine hoc quod consideretur quantum habet de tali inclinatione; et sic non pertinet ad genus quantitatis nec competit ei commensuratio. Alio modo dicitur grave per comparationem ad aliud, secundum quod excedit aliud in inclinatione praedicta, ut si dicimus quod lignum est grave in comparatione ad aquam et plumbum in comparatione ad lignum. Sic grave in comparatione huius excessus invenitur ibi aliqua ratio quantitatis et mensurae. Similiter velox dicitur dupliciter. Uno modo absolute, scilicet quod habet motum quemcumque. Alio modo quod habet excessum motus; et hoc modo competit sibi ratio quantitatis et mensurae, alio modo non. Et ut exponat quod dixit de convenientia sive convenientia gravitatis et velocitatis in contrariis, subdit quod velocitas invenitur in eo quod est simpliciter et absolute tardum per excessum. Et similiter gravitas invenitur in levi, sicut aer est levis ad ignem et gravis ad terram comparatus.

Deinde cum dicit in omnibus autem his etc. ostendit quomodo a numero derivetur ratio mensurae ad alia, et propter hoc manifestatur similiter in dimensionibus et ponderibus et in velocitate motuum. Et motum autem simplicem motum. Dicit ergo quod ex quo modo derivatur ratio mensurae a numero ad alias quantitates, quod sicut unum quod est mensura numeri est indivisibile, ita in omnibus generibus quantitatum ad unum indivisibile est mensura et principium. Sicut in mensuratione linearum utimur quasi indivisibili mensura pedali, id est unius pedis. Ubique enim quaeritur mensura ut ad indivisibile, quod est aut simplex vel secundum qualitatem vel secundum quantitatem: secundum qualitatem quidem ut album in coloribus, quod quodammodo est mensura colorum, ut dicetur infra; secundum quantitatem vero, ut unitas in numeris et mensura pedalis in lineis. Assignat autem rationem quare mensuram oportet esse indivisibilem, quia hoc est certa mensura a qua non potest aliquid auferri vel addi. Unde unum est mensura certissima, quia unum quod est principium numeri est omnino indivisibile. Numerus autem quia ex additione aut subtractione suscipiens manet unus. Sed in mensuris aliorum generum quantitatis maxime hoc unum quod est indivisibile accipientes ad imitationem primi mensuram secundum quod possibile est. Quia si acciperent ad magis, ut puta stadium in longitudinibus et talentum in ponderibus, lateret si ad modicum subtraheretur vel adderetur. Et semper in maiori mensura hoc magis lateret quam in minori. Et ideo omnes accipiunt hoc mensuram tam in humidis, ut est oleum et vinum, quam in siccis, ut est granum et ordeum, et in ponderibus et dimensionibus, quae significant per

quantitate et magnitudine, quod potest inesse tale ut ab eo non possit auferri sensibile, illud ideo quia lateat; tamen putant se cognoscere quantitatem rei circularis, quam cognoscunt per hoc minimam mensuram. Deinde cum dicit Et motuum etc. manifestat idem in velocitate motuum, dicens quod et motuum mensurant homines motum simplicem, id est uniformem, et velocissimum, quia hic minimum in tempore. Ideo in astrologia acceperunt tale principium ad mensurandum. Acceperunt enim motum primi caeli, scilicet motum diurnum, qui est regularis et velocissimus, quo iudicant et mensurant omnes alios motus. Et quia ex velocitate et tarditate motuum consistunt gravitas et acuitas sonorum, ut declaratur in musica, subdit exemplum de mensuratione sonorum, dicens quod in musica prima mensura est diesis, id est differentia duorum semitoniorum. Tonus enim dividitur in duo semitonia inaequalia, ut in musica probatur. Vocis tamen mensura est elementum, id est littera, quia et brevitas et longitudo vocis velocitatem et tarditatem motus consequitur. Omnes autem iste mensure sunt ad unum, non ita quod ad unum sit mensura communis omnibus, sed quia quaelibet mensura istarum est aliquid unum sicut dictum est.

Non autem semper numero unum etc. Postquam ostendit philosophus quod sit primo unum huius mensura, hic declarat quaedam circa mensuras consideranda. Et primum quidem, quia licet id quod est mensura habeat rationem unius, quod accidit ad indivisibilitatem, non tamen necesse est unum numero esse quod mensurat, sed aliquando plura sunt mensurantia. Sicut in melodiis sunt duae dieses, id est duo semitonia, quae propter parvitatem non discernuntur ab auditu. Nam sensus non percipit differentiam valde parvorum, sed eorum differentia percipitur in rationibus, id est secundum diversas rationes proportionum, quia ex diversis proportionibus inaequalibus causantur. Similiter et voces quibus mensuramus sunt plures. Quantitas enim unius metri vel unius pedis mensuratur ex diversis syllabis, quarum aliae sunt breves et aliae longae. Similiter et diameter circuli vel quadrati et latus et quadrati et qualibet magnitudo mensuratur duobus. Non enim invenitur quantitas ignota nisi per duas quantitates notas. Hoc autem dicto concludit epilogando quod superius dictum fuerit, scilicet quod unum est mensura omnium. Et hoc est quia unum est ad quod terminatur divisio eorum ex quibus est substantia. Cum enim ea ex quibus est substantia uniuscuiusque cognoscitur per divisionem sive resolutionem totius in componentia, sive sint partes secundum quantitatem sive sint partes secundum speciem, ut materia et forma et elementa corporum mixtorum, ideo oportet id quod est primum unum esse indivisibile, cum sit mensura qua cognoscuntur res, quia illud quod est primum in compositione et ultimum in resolutione est indivisibile, et per hoc cognoscuntur res, ut dictum est. Sed tamen non similiter in omnibus invenitur indivisibile; sed quaedam sunt omnino indivisibilia, sicut unitas quae est principium numeri; quaedam vero non sunt omnino indivisibilia, sed indivisibilia secundum sensum, secundum quod voluit auctoritas instituentium talem aliquid mensuram. Licet mensura forte quandoque [illegible] sed non h[illegible].

Nam omne continuum forsan divisibile est. Dicit autem forsan propter dubitationem quorumdam ponentium magnitudinem componi ex indivisibilibus; vel quia magnitudines naturales non dividuntur in infinitum, sed solae mathematicae. Est enim invenire minimam carnem, ut tangitur in primo Physicorum. Deinde cum dicit Semper autem cognatum est metrum, ponit aliud quod considerandum est circa mensuras, dicens quod mensura semper debet esse cognata, id est eiusdem naturae cum mensurato; sicut mensura magnitudinum debet esse magnitudo. Et non sufficit quod conveniant in aliqua communi, sicut omnes magnitudines conveniunt; sed oportet esse convenientiam mensurae ad mensuratum in speciali per unumquodque, sicut quod longitudinis est longitudo mensura, et latitudinis latitudo, vox vocis, gravitatis gravitas, unitatum unitas. Sic enim oportet accipere ut absque calumnia loquamur, sed non quod numerorum mensura sit numerus. Ratio enim non habet communem speciem mensurae sed unitas. Nam unitas mensura est. Ad significandam convenientiam inter mensuram et mensuratum oportet dicere quod unitas sit mensura unitatum et non numerorum. Et tamen si rei veritas attenditur, oporteret et hoc concedere quod numerus esset mensura numerorum, aut et unitas numerorum, si similiter acciperetur. Sed non similiter dignum est dicere unitatem esse mensuram unitatum, et numerum numerorum, vel unitatem numeri, propter differentiam quae videtur esse inter unitatem et numerum. Sed illam differentiam observare idem est ac si quis dignum diceret quod unitates essent mensura unitatum, sed non unitatis, quia unitas differt ab unitatibus, ut singulare a plurali. Ab hoc autem pluralitas praefertur. Et similiter ratio est de numero ad unitatem, quia numerus nihil aliud est quam pluralitas unitatum. Unde inconveniens est unitatem esse mensuram numeri, quam unitatem esse mensuram unitatum. Deinde cum dicit Et scientiam autem metrum rerum esse dicimus etc., ostendit quomodo nomen mensurae transfertur ad quamdam similitudinem mensurae, dicens quod cum dictum sit quod mensura est qua quantitas rei cognoscitur, dicimus scientiam esse mensuram rerum scibilium, et sensum rerum sensibilium, quia per ipsa aliquid cognoscimus, scilicet per sensum sensibilia et per scientiam scibilia. Non tamen est eodem modo sicut mensura. Nam per mensuram cognoscitur aliquid sicut per principium cognoscendi, per sensum autem et scientiam sicut per potentiam cognoscitivam aut habitum cognoscitivum. Secundum tamen hanc similitudinem dicuntur mensura, quia secundum rei veritatem magis mensurantur quam mensurent. Non enim quia nos sentimus aut scimus, ideo sic est in rerum natura; sed quia sic est in rerum natura, ideo vere aliquid scimus aut sentimus. Et sic accidit nobis quod in sentiendo et sciendo mensuramur per res quae extra nos sunt. Nobis tamen cognoscentibus et mensurantibus aliquid alio nos mensurante, cognoscimus quanti sumus in quantitate corporali per mensuram cubitalem applicatam nobis. Et sic sicut cubitus exterius appositus est mensura quantitatis corporalis nostrae, ita res scitae vel sensitae sunt mensurae per quas potest sciri utrum vere cognoscamus aliquid per sensum vel per intellectum. Si qua vero scientia est quae est causa rei scitae, oportet quod sit eius mensura, ut scientia artificis est mensura artificiatorum, quia unumquodque artificiatum

per hoc perfectum est quod attingit ad similitudinem artis. Et hoc modo se habet scientia dei ad omnia. Sed Protagoras dixit hominem esse mensuram omnium rerum, in quantum est sciens aut sentiens, quia scientia et sensus sunt mensura substantiarum, scilicet sensibilium et scibilium. Dicebant enim Protagorici, ut in quarto habitum est, quod res sunt tales quia sic sentimus eas vel sic opinamur de eis. Cum autem nihil magnum aut singulare dicant, videntur tamen aliquid dicere, quia occulte insinuant quae dicere volunt.

Deinde cum dicit Quod quidem igitur etc., epilogat quae dicta sunt, scilicet quod de ratione unius est quod sit mensura, et hoc maxime est in quantitate et deinde in qualitate et in aliis generibus; quia id quod est mensura oportet esse indivisibile aut secundum quantitatem aut secundum qualitatem; et ita sequitur quod unum sit indivisibile aut simpliciter, sicut unitas quae est principium numeri, aut secundum quid, id est in quantum est unum, ut dictum est.

Secundum vero substantiam etc. Postquam philosophus ostendit quod unum sit in quantitate primum secundum quod habet rationem mensurae, et exinde ad alia genera derivetur, hic declarat de uno quomodo se habet ad substantiam rei. Et dividitur in partes tres. In prima movet quaestionem et ponit opiniones diversas. In secunda declarat veritatem, ostendendo quod unum et ens non sunt substantiae eorum de quibus dicuntur, ibi, Si itaque nullum etc. In tertia comparat unum ad ens, ibi, Quod non idem significat. Dicit ergo primo quod cum iam manifestum est quid est unum secundum quod habet rationem mensurae, et quomodo se habet in quantitate et in aliis generibus, nunc quaerendum est de uno quomodo se habet quantum pertinet ad substantias vel naturas rerum. Quae quidem dubitatio mota est superius in libro tertio, in quo motae sunt quaestiones dubitabiles. Est autem ista dubitatio utrum hoc ipsum quod dicitur unum sit substantia aliqua per se subsistens, ut dixerunt Pythagorici et post eos Plato, quem ipsi sequentes; aut magis ei quod est unum supponatur quaedam natura subsistens, secundum quam notius et magis debet dici quid est quod dicitur unum. Et sic supposuerunt naturales, quorum aliquis dixit amorem esse id quod est unum, sicut Empedocles, qui ponebat quattuor principia materialia, scilicet quattuor elementa, quibus ponebat esse principia agentia quae ipse ponebat, scilicet amorem et odium. Inter quae praecellit amor, in quantum perfectum et nobilius principium. Unde illud quod est primum principium dicitur unum secundum opinionem eius, quia amor sit id quod est unum; quod proximum est, in quantum amor unionem quamdam indicat amantis et amati. Alius vero, scilicet Diogenes, ponens aerem esse principium omnium rerum, dixit aerem esse id quod est unum. Alius vero dixit infinitum esse id quod est unum, sicut Melissus, qui posuit esse unum ens infinitum et immobile, ut patet in primo Physicorum.

Deinde cum dicit Si itaque nullum etc., declarat propositam quaestionem, dicens quod unum non est ipsa substantia de qua dicitur quod sit unum. Et hoc ostendit per rationem et ex similitudine, ibi Adhuc similiter etc. Dicit ergo primo quod probatum est superius in septimo, in quo agebatur de ente et substantia, quod nullum universale potest esse substantia, scilicet quod sit per se subsistens, quia esse universale commune est multis. Non possibile est universale esse substantiam subsistentem, quia sic

oporteret quod esset unum praeter multa, et ita non esset commune, sed quoddam singulare in se, nisi forte diceretur commune per modum causae. Sed alia est communitas universalis et causae. Causa enim non praedicatur de suis effectibus, quia non est idem cum singulis ipsorum. Sed universale est commune quod praedicatur de multis; et sic oportet quod aliquo modo sit unum cum multis, et non seorsum subsistens ab eis. Sed oportet ens et unum maxime universaliter et communiter de omnibus praedicari. Non igitur sunt ipsa substantia subsistens, quod dicatur ens vel unum, sicut Plato. Et per hoc etiam concluditur quod nulla genera sunt aliquae naturae et substantiae per se subsistentes, quasi separabiles ab aliis de quibus dicuntur; quod etiam superius inter quaestiones fuit dubitatum. Unde et per hoc ostenditur quod unum non sit genus. Eadem enim ratione unum non potest esse genus, nec ens, nec unitate praedicta et [illegible]; quare propter alia quae similiter in tertio dicta sunt, et ex eadem ratione unum et ens non possunt esse aliqua substantia per se subsistens.

Deinde cum dicit Adhuc autem similiter etc., ostendit idem ex similitudine, dicens quod oportet quod unum similiter se habeat in omnibus generibus, quia ens et unum aequaliter de omnibus generibus praedicantur. In aliis autem generibus quaerimus aliquid quod est unum, quasi ipsa unitas non sit ipsa natura quae dicitur una, sicut patet in qualitatibus et quantitatibus. Unde manifestum est quod in omnibus generibus non est sufficiens dicere quod hoc ipsum quod est unum sit natura ipsius quod unum dicitur, sed oportet quaerere quid est quod dicitur unum et ens. Et quod in qualitatibus et quantitatibus oporteat quaerere quid dicitur unum, manifestat per exemplum. Et primo in coloribus, quorum unus est aliquid, quod est unum, sicut album, quod est primum inter colores. Unde si in quolibet genere est unum id quod est primum, oportet quod album sit unum in genere coloris, et mensura aliorum colorum; quia unusquisque color tanto perfectior est quanto magis accedit ad album. Et quod album sit primum in coloribus ostendit, quia colores medii generantur ex albo et nigro. Et tamen nigrum est posterius albo, quia est privatio albi, sicut tenebrae lucis. Non autem hoc sic intelligendum est quod nigrum sit pura privatio sicut tenebrae, cum nigrum sit species coloris, et per consequens natura coloris in eo salvetur; sed quia in nigro est minimum de luce quae facit colores, et sic comparatur ad album sicut tenebrae lucis ad lucem. Et quia in coloribus invenitur aliquid quod possit dici primum et unum, scilicet album, necesse est quod si omnia entia colores essent, haberent quidem unum aliquid numerum. Non tamen ita quod numerus esset ipsae res subsistentes, sed essent numerus aliquarum rerum subsistentium, scilicet colorum. Et per consequens esset quod subiceretur ipsi uni, scilicet album. Et similiter si omnia entia essent melodiae, quia entia haberent aliquem numerum, qui quidem esset numerus diesium sive semitoniorum, sed tamen numerus non esset ipsa substantia eorum. Et per consequens oporteret quaerere id quod esset unum, scilicet quod est diesis. Non tamen ipsum unum esset substantia. Similiter si omnia entia essent soni, esset quidem numerus entium, quia aliquorum elementorum ipsius vocis, scilicet elementorum, id est litterarum. Et per consequens littera vocalis quae est prima inter litteras, cum sine ea consonantes sonum reddere

digeret aliquo extremo. sed totum continetur sub sua perfectione. Et sic patet quod perfecta differentia est que pervenit ad finem. Et sic cum contrarietas sit maxima differentia, ut probatum est, sequitur quod sit differentia perfecta. Sed quia contraria dicuntur multipliciter, ut predictum dicitur, non omnia contraria dicuntur perfecte differentia, sed tantum consequitur quibusdam contraria perfecte differre secundum quod competit eis esse contraria, quibus scilicet per se inest contrarium. Secundum correlarium ponit ibi: Hiis autem ostensis etc. Dicit quod cum perfecta sint ultima, manifestum est quod non contingit plura esse contraria uni, quod quidem probat dupliciter. Primo quia contrarietas est maxima et perfecta differentia et distantia. Que ultimorum unius distantie non possunt esse plura ultima quam duo. Sicut videmus quod unius recte linee sunt duo puncta extrema, nec unum ultimum est ad ultimum unius impossibile est. Si contrarietas est una distantia quod unum contrariorum conveniunt aliqua duo extremo quam ultima, nunc quod unius contrarietur magis valens nunc. Quia quod contrariatur uni non esset ultimum, sed aliquid haberet ultimum. Secundo ostendit totaliter autem. Probat idem alio modo dicens quod contrarietas est differentia, quod omnis differentia autem est aliquorum duorum. Unde et perfecta differentia que est contrarietas est duorum, et sic unius unum tantum est contrarium.

Deinde cum dicit: Necesse est autem et alios terminos etc. Ostendit quod omnes diffinitiones de contrariis date secundum predictam diffinitionem contrarietatis verificantur et ponit. Unde cum dicit quinque diffinitiones contrariorum ab aliis assignatas, quarum prima est quod contraria sunt que plurimum differunt. Hec enim verificatur secundum predicta, cum contrarietas sit perfecta differentia que facit plurimum differre. Manifestum est enim ex predictis quod hiis que differunt genere non est accipere aliquid magis differens hiis que differunt specie, quia ad ea que sunt extra genus non est differentia ut dictum est. Eorum non que differunt specie maxima differentia est contrariorum. Et sic sequitur quod contraria sunt que plurimum differunt. Secunda diffinitio est quod contraria sunt que plurimum differunt in eodem genere. Que etiam verificatur secundum predicta, quia contrarietas est perfecta differentia, maxima autem differentia eorum que sunt in eodem genere est differentia perfecta. Unde relinquitur quod contraria sunt que plurimum differunt in eodem genere. Tercia diffinitio est quod contraria sunt que plurimum differunt in eodem susceptibili. Que verificatur ex predictis, quia eadem materia est contrariorum, que ex invicem generantur. Quarta diffinitio est quod contraria sunt que plurimum differunt sub eadem potentia, id est arte vel scientia. Nam scientia est potentia rationalis, ut in nono dictum est, et diffinitio ex predictis verificatur, quia una scientia est unius generis. Cum igitur contraria sunt in uno genere, oportet quod sint sub eadem potentia vel scientia, et quia contrarietas est perfecta differentia in eodem genere, oportet quod contraria plurimum differunt eorum que sunt sub eadem scientia.

Prima non contrarietas etc. [illegible] Postquam philosophus diffinivit contrarietatem, hic [illegible] comparat contrarietatem

ad alias species oppositionis etc. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, scilicet quod contrarietatis principium est oppositio privationis et habitus. Secundo manifestat quod supposuerat ibi: Si igitur opponuntur etc. Primo ergo duo facit. Primo proponit quod principium contrarietatis est privatio et habitus, dicens quod prima contrarietas est privatio et habitus, quia scilicet omnem contrarietatem privatio et habitus includit. Sed ne aliquis crederet quod idem est contrarium secundum privationem et habitum et secundum contrarietatem, subiungit quod non omnis privatio sit contrarium, quia privatio sicut multipliciter dicitur est multipliciter dicta. Alio enim quocumque modo non habet quod natum est habere dicitur esse privatio, sed talis privatio non est contrarium, quia talis privatio non ponit aliquam aliquam naturam oppositam habitui, sed supponat ipsum deficere. Sed privatio dicitur esse contrarium quecumque sunt perfecta privatio. Cum autem privatio sit id quod est non recipiat magis et minus, non potest dici perfecta privatio in ratione alicuius, nec que perfectam distantiam habeat ad habitum, sicut non omnis privatio albi est contrarium albo, sed privatio maxime distantis ab albo quam oportet fundari in aliquo eiusdem generis maxime distante ab albo, et sic dicimus quod nigrum est contrarium albo. Secundo ibi: Alia autem contraria etc. Ostendit qualiter ab ista prima contrarietate alia contraria dicuntur, dicens quod alia contraria dicuntur secundum hanc, id est secundum privationem et habitum, dicuntur quedam enim dicuntur contraria in eo quod habent in se inclusam privationem et habitum, sicut album et nigrum, calidum et frigidum. Alia non propter hoc quod actu habeant privationem et habitum, sed sunt calefacientia et infrigidantia, aut propter hoc quod sunt illative, scilicet activa privationis et habitus, sicut calefactivum et infrigidativum. Alia non propter hoc quod sunt acceptiones et deperditiones, sicut calefieri et infrigidari, aut propter hoc quod sunt abiectiones eorum, sicut corporis albedinis et nigredinis. Et non solum aliqua dicuntur contraria propter hoc quod habent dicuntur habitudines ad prima contraria, sed etiam propter hoc quod habent habitudines easdem ad contraria, que habent calidi et frigidi, que etiam dicuntur contraria propter hoc quod includunt privationem et habitum.

Deinde cum dicit: Si igitur opponuntur contradictio etc. Manifestat quod supposuerat, scilicet quod prima contrarietas sit privatio et habitus. Et hoc dupliciter. Primo per deductionem, id est palam. Secundo per inductionem etc. Primum ibi, scilicet prima sunt quod contrarietas non est contradictio. Dicit quod cum quatuor modis aliqua alicui opponantur, uno modo ut contradictio, sicut sedens non sedenti. Alio modo ut privatio, sicut sedens videnti. Tercio modo ut contrarietas, sicut nigrum albo. Quarto modo ut ad aliquid, sicut filius patri. Inter ista quatuor genera oppositionis primum est contradictio, eo quod contradictio includitur in omnibus aliis tamquam prius et simplicius. Oppositio enim secundum quamcumque oppositionem genus impossibile est simul existere. Ex quibus quod extrema est palam oppositorum de suo ratione habet negationem alterius, sicut de ratione cecitatis est quod sit non videns, et de ratione nigri quod sit non album etc.

ratione filii est quod non sit pater cuius est filius. Manifestum est autem quod contradictionis non est ad medium. Necesse est enim aut affirmare aut negare, ut supra in quarto manifestatum fuit. Contrariorum autem contingit esse medium. Et sic manifestum est quod contrarietas et contradictio non sunt idem. Secundo ibi: Privatio non etc. Ostendit quod privatio se habet per contradictionem, manifestans qualiter conveniunt et qualiter differunt, dicens quod privatio est quedam contradictio. Dicitur enim privatio uno modo quia id non habet quod nullo modo natum est habere, ut si dicamus quod lapis non habet visum. Alio modo dicitur aliquid privari si non habet quod natum est habere, sicut animal si non habet visum. Et hoc dupliciter: uno modo qualitercumque non habet, alio modo si non habet cum aliqua determinatione, puta in tempore determinato aut aliquo modo determinato, quia privatio multipliciter dicitur, ut supra habitum est in quinto. Ex hiis ergo patet quod privatio est quedam contradictio, utique quod sit contradictio patet ex hoc quod ad dicendum privatum ex hoc quod non habet. Sed quod non sit contradictio absoluta, sed contradictio quedam, patet ex hoc quod contradictio de sui ratione non requirit nec aptitudinem nec tempus existentiam alicuius subiecti. Verificatur enim de ente et non ente quecumque dicimus enim quod album non videt et lignum non videt, et quod non ens non videt. Sed privatio de necessitate requirit aliquod subiectum et requirit aptitudinem in illo, quia enim est omnino non ens non dicitur privatum. Et ideo dicitur quod privatio aut est indeterminata potentia, scilicet cum aptitudine ad habitum, aut saltem concepta cum susceptivo, id est cum subiecto licet non habente aptitudinem ad habitum, sicut si dicamus lineam invisibilem aut lapidem vel mortuam. Et ideo contradictio non potest habere medium, sed privatio aliquo modo medium habet. Necesse est enim omne aut equale aut non equale esse, sive sit ens sive non ens. Sed non necesse est de omni quod sit equale aut inequale, sed solum hoc necesse est in susceptivo equalitatis. Sic igitur oppositionis contradictionis omnino est immedietas. Oppositionis vero privationis est immedietas in determinato susceptivo, non autem est immediata simpliciter. Ex quo patet quod contrarietas que nata est habere medium propinquior est privationi quam contradictionis, non dubium tamen habet quod privatio sit contrarietas. Restat tertio ostendendum quod contrarietas sit privatio, vel secundum generationes etc. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit per syllogismum quod contrarietas sit privatio hoc modo: omne id ex quo fit generatio aut est species subiecti habitus privationis alicuius forme. Omne quod dicit quod est duplex generatio, generatio enim ad simpliciter in genere substantie et secundum quid in genere accidentium. Generationes autem sunt ex contrariis. Manifestum est ergo quod omnis contrarietas est aliqua privatio. Si enim alterum ex medio in unoquoque genere est privatio utrique contrariorum est extremum generationis, quia contraria generantur ex invicem sicut album ex nigro et nigrum ex albo, necesse est quod semper alterum contrariorum sit privatio. Secundo ibi: Privatio non non omnis etc. Ostendit quod non omnis privatio est contrarietas, quod supra dixerat dicens quod non omnis privatio est contrarietas, et causa huius est quia privatum contingit

privari multipliciter. Quocumque enim modo id quod privatum est habere aliquam formam si non habet illam dici potest esse privatum, sive sit in dispositione propinqua ad formam illam sive in dispositione remota. Sed contrarium est semper in dispositione remota, quia contraria sunt ex quibus fiunt permutationes sicut ex extremis, unde supra dictum est quod sunt maxime distantia. Aliquid enim privari dicitur albedine si non sit album, sive sit pallidum sive quocumque alio colore coloratum. Sed non dicitur esse contrarium nisi quod est maxime distans ab albo, scilicet quod est nigrum. Unde manifestum est quod non omnis privatio est contrarietas. Ex hoc etiam apparet quod cum privatio nihil aliud requirit nisi absentiam forme supposita tantum aptitudine subiecti, sine hoc quod exigat aliquam dispositionem in subiecto propinquam subiecto forme vel distantem ab ea, quia privatio non ponit aliquam naturam in subiecto, sed presupponit subiectum cum aptitudine. Contrarium non contrarium requirit determinatam dispositionem subiecti per quam maxime distet a forma absente, determinata aliqua natura posita in illo, que est ratio generis cum forma absente, sicut nigrum est in genere albi. Considerandum est etiam quod est duplex privatio. Quedam que habet immediatum ordinem ad ipsam formam, sicut tenebre habent immediatum ordinem ad diaphanum, sed nec habent privationem et formam oppositam et in medium transmutationis. Aer enim de lucido fit tenebrosus et de tenebroso fit lucidus. Quedam autem privatio est que non comparatur ad ipsam formam nisi mediante forma alia, sicut ut quedam corruptio eius, sicut cecitas est corruptio visus et mors est corruptio vite, talibus non est invicem conversio, sicut supra in octavo habitum est. Ad hoc ostendere contrarietatem esse privationem ex mutua transmutatione que est in contrariis, ut privatio et forma in medio est quod non dicitur illa privatio esse contrarietas que est corruptio forme, sed que habet immediatum ordinem ad ipsam formam. Et sic cessat illa obiectio que ponitur in predicamentis, quod a privatione ad habitum non sit reversio, contraria autem transmutantur invicem.

Deinde cum dicit: Palam autem et per inductionem etc. Ostendit per inductionem quod contrarietas sit privatio et habitus simpliciter. Primo inducendo in singulis contrariis. Secundo reducendo in ipsa contraria. Sufficiat autem et super etc. Circa primum dicit, primo ostendit per inductionem quod contrarietas sit privatio, dicens ad hoc supra sillogistica ostensum est quod palam est etiam per inductionem quod omnis contrarietas invenitur habere privationem alterius contrariorum semper. Enim duorum contrariorum unum est defectivum respectu alterius. Sed tamen non in omnibus contrariis similiter invenitur unum privatio alterius, ut iam dicetur. Et quod unum contrariorum sit privatio alterius ex hoc apparet quia inequalitas est privatio equalitatis et dissimilitudo similitudinis et malicia virtutis. Secundo ibi: Differunt autem etc. Ostendit diversimode unum contrariorum est privatio alterius, scilicet quod secundum divisionem privationis quam quidem divisionem attendit dicendo uno modo ex hoc quod privatio dicitur. Quia solum ad privationem est modo quorum, ut quia est privatum in aliquo

Marginalia: non in idea; non quod privatio differat ab aliena ne[illegible]; non quod [illegible] rup[illegible]; privatio; non [illegible]

ad extrema vel econverso. Sed ex hiis quae sunt in diversis generibus non fit transmutatio nisi forte per accidens, sicut puta in colore in figuram. Non enim mutatur aliquid de colore in figuram aut econverso, sed de colore in colorem et de figura in figuram. Unde necesse est quod media et extrema sint in eodem genere. ¶ Deinde cum dicit. At vero omnia ostendit quod media sunt inter contraria. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod media necesse est esse inter opposita. Secundo inter quae opposita, quia inter contraria, ibi. Oppositorum vero etc. Dicit ergo primo quod omnia media necesse est esse inter opposita. Quod sic probatur. Quia solum ex oppositis per se loquendo sunt mutationes, ut probatur in primo physicorum. Ex nigro enim ad fit album per se loquendo. Dulce autem non fit ex nigro nisi per accidens inquantum dulce contingit esse album. Sed media sunt inter illa ex quibus est initium transmutationis, sicut per definitionem mediorum suppositum patet. Impossibile est ergo quod media sint non oppositorum, quia sequeretur quod esset permutatio non ex oppositis. ¶ Deinde cum dicit. Oppositorum vero etc. Manifestat inter quae opposita possunt esse media, dicens quod inter opposita secundum contradictionem nullo modo potest esse medium. Contradictio enim est oppositio cuius altera pars ex necessitate adest cuilibet subiecto, sive sit ens sive non ens. De quolibet enim ente vel non ente necesse est dicere quod sedet vel non sedet. Et sic patet quod contradictio nullum habet medium. Sed aliorum oppositorum alia sunt ad aliquid, alia ut privatio et forma, alia ut contraria. Eorum autem quae sunt ad aliquid quaedam se habent ut contraria, quae ex aequo ad invicem referuntur; quaedam vero non se habent ut contraria, quae non ex aequo ad invicem referuntur, sicut scientia et scibile. Et ista non habent medium, cuius causa est quia media et extrema sunt in eodem genere. Haec autem non sunt in eodem genere, cum unum per se referatur ut scientia, non autem aliud ut scibile. Quando ergo scientia et scibile potest aliquid esse medium. Sed magnum et parvum potest esse aliquid medium, scilicet aequale, ut supra dictum est. Et similiter eorum quae referuntur ad invicem ut contraria. Quando autem ea quae opponuntur privative habent medium vel non habent, et quomodo haec oppositio aliquo modo pertinet ad contrarietatem, hic tacet propter ea quae superius exposita sunt. ¶ Deinde cum dicit. Si vero sunt in eodem genere. Ostendit quod principaliter intendit, scilicet quod media sunt composita ex contrariis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, dicens quod si media in eodem genere sunt cum extremis sicut ostensum est, et iterum media sunt solum contrariorum ut ostensum est, necesse est media componi ex hiis contrariis inter quae sunt. Secundo cum dicit. Nam erit aliquod etc. probat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod contrariae species habent priora contraria ex quibus constituuntur. Quod sic probatur. Omnium contrariorum aut erit aliquod genus aut nullum. Sicut nullum genus esset contrariorum non haberet medium, quia medium non est nisi eorum quae sunt unius generis, ut ex dictis patet. Sed si

contrariorum quorum ponitur medium sit aliquod genus prius ipsis contrariis speciebus, necesse est etiam quod sint differentiae contrariae priores speciebus, quae faciunt et constituant species contrarias ex ipso genere. Species enim ex genere et differentiis constituuntur. Et hoc manifestatur per exemplum. Sicut si album et nigrum sunt contrariae species et habent unum genus quod est color, necesse est quod habeant aliquas differentias constitutivas, utpote quod album sit color disgregativus visus, nigrum vero color congregativus. Et sic hae differentiae congregativum et disgregativum sunt priores albo et nigro. Unde cum utrobique sit contrarietas, manifestum est quod contraria sunt se invicem priora. Contrariae enim differentiae sunt priores contrariis speciebus et etiam magis contraria, quia sunt causa contrarietatis ipsis speciebus. Considerandum tamen quod disgregativum et congregativum visus non sunt verae differentiae constitutivae albi et nigri, sed magis effectus eorum. Ponuntur tamen loco differentiarum, sicut etiam frequenter per accidentia designantur differentiae essentiales. Disgregatio vero visus contingit ex vehementia lucis, quae pleniori albedine constituitur; congregatio vero visus contingit ex contrario. ¶ Secundo cum dicit. Et reliqua media etc. Ostendit quod mediae species habent priora media ex quibus constituuntur, dicens quod cum media sunt species eiusdem generis et omnes species ex genere et differentiis constituuntur, necesse est quod media constituantur ex genere et differentiis. Sicut quicumque colores sunt medii inter album et nigrum, oportet hos definiri ex genere quod est color et ex quibusdam differentiis. Sed hae differentiae ex quibus constituuntur medii colores non possunt esse prima contraria, scilicet differentiae contrariae quae constituunt contrarias species albi et nigri. Aliter oporteret quod quilibet color medius esset albus aut niger. Nam color congregativus est niger et disgregativus est albus. Oportet igitur quod differentiae constitutivae mediorum colorum sint aliae a differentiis contrariis quae sunt constitutivae contrariarum specierum. Et ita sicut se habent species ad species, ita se habent differentiae ad differentias. Quare sicut medii colores sunt species mediae inter species contrarias, ita differentiae constitutivae eorum sunt media inter duas differentias contrarias quae dicuntur prima contraria. ¶ Tertio ibi. Primae autem differentiae. Ostendit quod mediae differentiae ex duabus contrariis componuntur, dicens quod differentiae primae contrariae sunt disgregativum et congregativum. Unde istae differentiae sunt primae ex quibus componuntur omnes species generis. Sed si aliqua contraria essent non in eodem genere, restaret quaerere ex quo eorum media constituerentur. Sed in hiis quae sunt in eodem genere non est difficile hoc accipere, quia necesse est omnia quae sunt in eodem genere esse incomposita, idest simplicia, aut composita ex incompositis, scilicet ex simplicibus quae sunt in genere illo. Contraria autem non sunt composita ex invicem, quia nec album componitur ex nigro nec nigrum ex albo, nec congregativum ex disgregativo nec econverso. Quare oportet quod contraria sint principia, quia simplicia in quolibet genere sunt principia. Sed de mediis oportet dicere quod aut omnia compo-

nantur ex simplicibus, idest ex contrariis, aut nullum, quia eadem ratio est in omnibus. Sed non potest dici quod nullum. Quia aliquod est medium quod componitur ex contrariis, ex quo contingit quod transmutatio primo perveniat ad media quam ad extrema. Hoc autem sic apparet, quia id ad quod primo pervenit transmutatio est magis et minus respectu utriusque extremorum. Prius enim ad fit minus album et minus nigrum quam fiat album et nigrum simpliciter. Et hoc ipsum quod est minus album quam album simpliciter et minus nigrum quam nigrum simpliciter est et magis contrarium ad album quam nigrum simpliciter, et magis contrarium ad nigrum quam album simpliciter. Et sic patet quod id ad quod primo pervenit transmutatio est magis et minus respectu utriusque extremi. Et propter hoc oportet quod sit medium contrariorum. Et sic sequitur quod omnia media sint composita ex contrariis. Nam id medium quod est magis et minus respectu utriusque extremorum oportet esse compositum ex extremis simplicibus, respectu quorum dicitur magis et minus. Et quia non sunt aliqua extrema priora contrariis in eodem genere, relinquitur quod differentiae constitutivae mediorum sint compositae ex contrariis differentiis, et ita media erunt ex contrariis. Quare patet quod omnia inferiora, idest omnes species generis, tam contraria quam media sunt ex primis contrariis, scilicet differentiis. ¶ Deinde cum dicit. Quod quidem igitur etc. concludit epilogando quae supra de mediis dicta sunt, et est littera plana. ¶ Diversum autem specie etc. Quia philosophus superius ostendit contrarietatem esse differentiam quandam, differentia autem vel est secundum genus vel secundum speciem, intendit hic agere de differentia quae est in specie, et dividitur in partes duas. In prima ostendit quod differentia secundum speciem pertinet ad contrarietatem. In secunda ostendit quomodo quibusdam contrariis accidit esse diversa specie, ibi. Dubitabit autem utique aliquis etc. Prima in tres. Primo ostendit quod differentia quae facit differre specie est differentia ipsius generis, quasi ipsum unum genus in diversas species dividens. Secundo ostendit quod haec differentia est contrarietas, ibi. Contrarietas igitur erit etc. Tertio concludit quoddam corollarium ex dictis, ibi. Quare palam ad id quod vocant genus. Dicit ergo primo quod in omni diversitate secundum speciem oportet duo accipere, scilicet ut hoc sit diversum ab aliquo, et ut sit aliquod diversificatum per haec duo, et hoc quod est diversificatum per haec duo oportet esse in ambobus, sicut animal est quod est diversificatum in diversas species, scilicet in hominem et equum, et oportet quod ambo, scilicet homo et equus, sint animalia. Unde patet quod necesse est ea quae sunt diversa specie ad invicem in eodem genere esse. Id enim vocant genus quod est unum idem ambobus, non secundum accidens de utroque praedicatum, nam secundum accidens diversificatum inveniuntur; unde oportet quod habeat differentias non secundum accidens, sive genus ponatur esse quasi materia, sive aliquo alio modo. Hoc autem ideo dicit quia aliquis diversificaverit in praedicatis rationem generis per differentias. Forma enim non est hoc ipsum quod est materia, sed ponitur ei ex addito. Unde materia non est ipsum compositum, sed ad eius differentiam non additur genus, non quasi pars parti sed quasi totum toti. Unde genus est hoc ipsum quod est species, et non solum ad eius [illegible] esset pars, non praedicaretur de eo. Sed materia quae totum potest denominari ab una sola parte sua, puta

si homo denominetur huius capite vel huius manu. Quod ipsum compositum ex materia et forma denominari ex materia et denominari ex forma. Et quod nomen quo aliquid totum denominatur ab eo quod est materiale in ipso est nomen generis; nomen a quo denominatur a principio formali est nomen differentiae. Sicut homo denominatur animal a natura sensibili, rationale vero a natura intellectiva. Sic igitur habens manum compositum totum licet similiter a partibus. Sic igitur considerantur in genere et differentia id a quo utrumque sumitur. Hoc modo genus se habet ad differentias sicut materia ad formas, sicut considerent secundum quod nominant totum, sic aliter se habent. Hoc tamen commune est utrobique, quod sicut ipsa materia eadem manens diversificatur per formas, ita ipsa natura generis diversificatur per differentias. Sed hoc utrobique differt, quia materia est quaedam substantia distincta a formis, non tamen est utrumque eorum; genus autem utrumque eorum est, quia nominat partem. Genus esse quo animal species diversae dicuntur unum idem. Videtur quod non solum oportet genus esse commune duobus differentibus secundum speciem, sicut quod utrumque sit animal, sicut ad indivisum est commune diversis, ut eandem domum aut possessionem. Sed oportet quod hoc ipsum quod est animal esse alterum invicem, ita quod hoc animal sit equus et hoc animal sit homo. Et hoc dicit contra Platonicos qui ponebant communia separata, quae ipsa [illegible] non communia non diversificantur. Sed natura speciei esset ad partem naturae generis. Unde consequenter hic concludit ex dictis quod hoc ipsum quod est commune diversificatur secundum speciem. Unde oportet quod ut animal ipsum per se sit hoc tale secundum unam differentiam et aliud tale secundum aliam differentiam, sicut quod hoc sit equus et aliud homo. Et ita sequitur quod si animal secundum se sit hoc tale, quod differentia faciens differre specie sit quaedam diversitas generis quae ipsam naturam generis diversificat. Et per hoc philosophus non solum excludit opinionem Platonis ponentis commune unum idem per se existere, sed etiam excludit opinionem illorum qui dicunt quod id quod pertinet ad unum genus non differt specie in speciebus diversis, sicut quod anima sensibilis non differt specie in homine et equo. ¶ Deinde cum dicit. Contrarietas igitur etc. Ostendit quod differentia diversificans secundum genus medium per quod est contrarietas, dicens quod cum differentia secundum speciem sit secundum genus diversificans, manifestum est quod haec differentia est contrarietas. Et hoc primo manifestat ex inductione. Videmus enim quod omnia genera dividuntur per opposita, quod quidem necesse est. Nam ea quae non sunt opposita possunt simul existere in eodem. Quae autem huiusmodi sunt non possunt esse diversa, cum non ex necessitate sint in diversis. Unde oportet quod solis oppositis ad esse dividatur, non ex diviso genus in diversas species sed per alia opposita. Contradictorie enim opposita non sunt in eodem genere, cum negatio nihil ponat. Et ille est de privative oppositis, cum privatio non sit nisi negatio in subiecto. Aliquid relativa etiam, ut supra dictum est, non sunt unius generis nisi quae secundum se ad invicem referuntur, quae quodammodo sunt contraria, ut supra dictum est. Unde relinquitur quod sola contrarietas faciat differre specie ea quae sunt unius generis. ¶ Secundo ibi. Et quod contraria etc. manifestat idem per rationem, dicens quod sola

Explicit liber decimus incipit undecimus

Quod quidem sapientia circa principia scientia quedam est ...

quia particulares scientie quedam eorum que...

[illegible]

Deinde cum dicit. Si autem non sit movens aliquid quod est quae movetur sequitur si non sit alia sub separata a sensibilibus et est quod quando sit primum principium uni[versum]... forma ex his enim duobus componuntur substantiae sensibiles. [illegible]

sequitur a dignitate vel ... quia ipsa non possunt per se ... rerum artificialium, quia formae rerum artificialium sunt accidentia, quae non possunt per se existere. Et utitur exemplo ... quae sunt separata praeter sensibilia, non tamen sunt formae rerum sensibilium. Deinde cum dicit, Adhuc utrum principia etc., quaerit utrum principia sint eadem. Si enim omnium principia sunt eadem numero ... si non sunt eadem numero, oportebit quaerere causam diversitatis. Et ratio est, quia principium ... extrinsecus unum numero est, quod est principium primum omnium. Si autem agens et finis, principia non intrinseca, scilicet materia et forma, non sunt unum numero omnium, sed secundum analogiam, ut infra ostendetur.

Quoniam autem philosophi. Postquam movit quaestiones, hic incipit colligere ea quae pertinent ad considerationem huius scientiae. Et dividitur in partes duas. In prima ostendit quod ad hanc scientiam pertinet considerare de omnibus entibus. In secunda quod ad eam pertinet considerare de principiis demonstrationis, ibi, Quoniam autem mathematicus etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod omnium entium est reductio aliqualiter ad unum ens. Secundo ostendit quod de omnibus quae reducuntur ad unum est consideratio unius scientiae, ibi, Quemadmodum autem. Circa primum duo facit. Primo dicit quod necessarium est ad praesentem considerationem inquirere utrum omnia aliqualiter reducantur ad unum, dicens quod quia scientia philosophi est de ente inquantum est ens, idest considerat de ente secundum universalem rationem entis, et non secundum rationem entis alicuius particularis, cum ens multipliciter et non uno modo dicatur, si ista multiplicitas esset per puram aequivocationem, quae non diceretur secundum aliquid commune, non caderent omnia entia sub una scientia, quia non reducerentur aliquo modo ad unum genus. Oportet autem unam scientiam esse unius generis. Sed si ista multiplicitas habet aliquid commune, omnia entia possunt esse sub una scientia. Et ideo ad quaestionem quae movebatur, utrum ista scientia sit una cum sit de pluribus et diversis, necessarium est considerare utrum omnia entia reducantur ad aliquid unum vel non. Secundo ibi, Videtur utique etc., ostendit quod omnia reducuntur ad aliquid unum. Et dividitur in partes duas. Primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam dubium quod posset oriri, ibi, Quoniam autem sunt contraria etc. Prima dividitur in duas. In prima ostendit quod omnium reductio est ad ens. In secunda ostendit quod differt ... ad unum, ibi, Differt autem nihil etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod omnia entia reducuntur ad aliquid unum. Secundo quod omnes contrarietates reducuntur ad unam contrarietatem, ibi, Quoniam autem omnis entis etc. Dicit ergo primo quod ens videtur dici modo praedicto, scilicet quod dicitur multipliciter secundum aliquid commune. Quod manifestat per duo exempla, scilicet medicativum et salubre. Utrumque enim eorum dicitur secundum diversos modos, tamen per reductionem ad aliquid unum. Medicativum enim dicitur aliquid multipliciter secundum quod hoc refertur sic ad medicativam et aliud aliter; et similiter salubre dicitur multipliciter secundum quod hoc refertur sic ad sanitatem et aliud aliter. In utroque tamen idem est ad quod fit reductio, licet diversis

modis. Sicut sermo dicitur medicativus eo quod est a scientia medicativa; cultellus autem dicitur medicativus eo quod est utilis eidem scientiae, sicut instrumentum. Et similiter hoc dicitur salubre quod est significativum sanitatis, sicut urina; hoc autem quod est factivum sanitatis, sicut potio medicinalis. Et similiter est in aliis quae hoc eodem modo dicuntur. Manifestum est enim quod quae sic dicuntur media sunt inter univoca et aequivoca. In univocis enim nomen unum praedicatur de diversis secundum rationem totaliter eandem, sicut de equo et bove dicitur animal, substantia animata sensibilis. In aequivocis vero idem nomen praedicatur de diversis secundum rationem totaliter diversam, sicut patet de hoc nomine canis, prout dicitur de stella et de quadam specie animalis. In his vero quae praedicto modo dicuntur, idem nomen de diversis praedicatur secundum rationem partim eandem, partim diversam: diversam quidem quantum ad diversos modos relationis, eandem vero quantum ad id ad quod fit relatio. Esse enim significativum et esse effectivum diversum est, sed sanitas una est. Et propter hoc huiusmodi dicuntur analoga, quia proportionantur ad unum. Et similiter est de multiplicitate entis. Nam ens simpliciter dicitur id quod in se habet esse, scilicet substantia. Alia vero dicuntur entia, quia sunt huius quod per se est, vel passio, vel habitus, vel aliquid huiusmodi. Non enim dicitur ens qualitas quia ipsa habeat esse, sed per eam substantia dicitur esse disposita. Et similiter est de aliis accidentibus. Et propter hoc dicit quod sunt entis. Et sic patet quod multiplicitas entis habet aliquid commune ad quod fit reductio. Deinde cum dicit, Quoniam autem omnis entis, ostendit quod reductio omnium contrarietatum sit ad unam primam, scilicet contrarietatem; quia enim omnium entium fit reductio ad aliquid unum commune, contrarietates autem entium quae sunt oppositae differentiae per se consequuntur entia, necesse est quod omnes contrarietates reducantur ad aliquam primam contrarietatem, quaecumque sit illa, sive pluralitas et unum, sive similitudo et dissimilitudo, sive quaecumque aliae sunt primae differentiae entis. Huiusmodi contrarietates debent considerari ab illa scientia quae est de ente.

Deinde cum dicit, Differt autem, ostendit quod idem sit quod dictum est, quod sit reductio omnium entium. Et dicit quod nihil differt utrum fiat reductio entis ad ens vel unum. Si enim dicatur quod ens et unum non sunt idem secundum rationem, sed convertuntur, manifestum est quod ad invicem convertuntur, quia omne unum est aliqualiter ens, et omne ens est aliqualiter unum, sicut ibi est proprie ... ens ... unum quodammodo ... ut in quarto dictum est. Deinde cum dicit, Quoniam autem, removet quoddam dubium. Dictum est enim quod omnia contraria pertinent ad considerationem unius scientiae, et huius ratio est potissima, quia in omnibus contrariis alterum dicitur secundum privationem, quae cognoscitur ex suo opposito. Remanet tamen dubium, quomodo contraria dicuntur secundum privationem, cum in oppositis privative non sit medium. Et ad hoc respondet quod in talibus contrariis alterum contrariorum non ponitur privatio quasi tollens totaliter totum oppositum, sed quia privatio ultimae speciei in genere, scilicet tollit completam rationem

speciei. Sicut sicut dicitur iustus eo quod est obediens legibus secundum habitum aliquem, non semper dicitur iniustus eo quod sit privatus tota ratione iustitiae, quia in nullo obediat legibus; sed quia praeter hoc ... deficiat ab obedientia legis. Et sic inest ei privatio iustitiae inquantum deficit a perfecta ratione iustitiae. Et propter hoc potest habere medium, quia non omnis qui caret iustitia privatur, sed aliqua parte eius. Et hoc est medium quod distinguitur secundum magis et minus. Et similiter est in aliis contrariis. Sed privative dicitur iniustus quod aliquid caret totaliter iustitia. Unde id quod intercidit ... non est medium.

Deinde cum dicit, Quemadmodum, ostendit quod de omnibus entibus quae reducuntur ad unum sit consideratio unius huius scientiae. Et circa hoc duo facit. Primo ex exemplo ostendit quod ad unam scientiam pertinet considerare omnia quae reducuntur ad ens, dicens quod sicut mathematicus habet considerationem circa ea quae sunt ex ablatione, idest circa abstracta; quae quidem abstractio fit non ex hoc quod ponat ea de quibus considerat esse naturaliter separata a sensibilibus, sed quia considerat ea absque consideratione sensibilium. Speculatur enim mathematicus auferens a sua consideratione omnia sensibilia, sicut gravitatem, levitatem, duritiem et eius contrarium, et calidum et frigidum, et omnes alias sensibiles contrarietates. Et derelinquit sub sua consideratione solum quantum et continuum: sed continuum ad unam tantum dimensionem ut lineam, vel ad duas ut superficies, vel ad tres ut corpus. Et considerat passiones horum inquantum sunt continua, et non secundum aliquid aliud. Non enim considerat passiones superficiei secundum quod est superficies lapidea vel lignea. Et considerat rationes eorum ad invicem, considerando figuras, et considerat accidentia quae existunt in figuris, et considerat commensurationes quantitatum, ut patet in X Euclidis, et rationes, idest proportiones earum, ut patet in V. Sed tamen de omnibus his est una scientia, quae scilicet est geometria. Sicut est de mathematica, ita est de philosopho qui considerat ens, quia sub eius consideratione cadunt omnia particularia entia, et considerat ea tantum quae pertinent ad ens commune. Quae licet sint multa, tamen de omnibus est una scientia, inquantum reducuntur omnia in unum, ut dictum est.

Secundo ibi, Huic autem, ostendit cuius scientiae sit praedicta consideratio, dicens quod considerare accidentia entis inquantum est ens non est alterius scientiae quam huius philosophiae. Si enim non esset alicuius alterius scientiae, maxime videretur esse scientiae naturalis. Quam maxime videretur esse naturalis secundum opinionem antiquorum, qui non ponebant alias substantias nisi sensibiles. Sic enim sequeretur quod ad naturalem pertineret considerare de omnibus substantiis, et per consequens de omnibus entibus quae reducuntur ad substantiam. Dyaletica autem et sophistica, quia considerant quaedam accidentia entibus, scilicet intentiones vel rationes generis et speciei et alia huiusmodi. Unde relinquitur quod philosophus considerat praedicta in quantum sunt accidentia entis. Et ideo dicit, Quoniam autem etc. Ex dictis infert conclusionem principalem intentam,

concludens quod quia ens dicitur multipliciter secundum aliquid unum, et omnia contraria reducuntur ad primam contrarietatem entis, et talia sic reducta in unum possunt cadere sub una scientia, ut dictum est, per hoc solvitur dubitatio prius mota, quomodo scilicet multorum et differentium genere sit una scientia.

Quoniam autem et mathematicus. Postquam philosophus ostendit quod consideratio huius scientiae est circa ens et ea quae consequuntur ens inquantum huiusmodi, hic ostendit quod consideratio huius scientiae est de principiis demonstrationis. Et dividitur in partes duas. In prima ostendit quod ad hanc scientiam pertinet considerare de eis. In secunda determinat de quodam principio demonstrationis, quod est inter alia primum, ibi, Est autem quoddam etc. Prima pars dividitur in duas. In prima ostendit propositum ex consideratione scientiae mathematicae; secundo ex consideratione scientiae naturalis, ibi, Eodem autem. Dicit ergo primo quod quia etiam mathematicus utitur propria ratione communibus, quae omnia a scientiis particularibus accipiuntur particulariter tantum, ideo hoc quod ipsa sunt communia pertinet ad considerationem huius scientiae. Sed principia demonstrationis accipiuntur a mathematico et ab aliis particularibus scientiis particulariter tantum. Ergo eorum consideratio secundum quod sunt communia pertinet ad hanc scientiam quae considerat de ente inquantum est ens. Dicit ergo quod quia mathematicus utitur principiis communibus proprie, idest secundum quod appropriantur suae materiae, et quia ad primam philosophiam pertineat considerare principia secundum suam communitatem, sic enim accepta sunt principia sua ipsorum, secundum quod sunt alicuius particularis applicata. Et hoc quod dixit manifestat per exemplum. Nam hoc principium, Si ab aequalibus aequalia demas, quae relinquuntur erunt aequalia, est commune in omnibus quantitatibus in quibus invenitur aequale et inaequale. Sed mathematicus assumit huiusmodi principia ad propriam considerationem circa aliquam partem quantitatis, quae est materia sibi conveniens. Non enim est aliqua mathematica scientia quae consideret ea quae sunt communia quantitatis inquantum est quantitas. Hoc enim est primae philosophiae. Sed considerant mathematicae scientiae ea quae sunt huius vel illius quantitatis, scilicet arithmetica ea quae numeri, et geometria ea quae sunt magnitudinis. Unde arithmeticus accipit praedictum principium secundum quod pertinet ad numeros tantum, geometria autem secundum quod pertinet ad lineas et angulos. Non autem considerat geometria hoc principium circa entia inquantum sunt entia, sed circa ens inquantum ipsum est continuum, vel secundum unam dimensionem ut lineae, vel secundum duas ut superficies, vel secundum tres ut corpora. Sed philosophia prima non considerat de entibus inquantum aliquid accidit unicuique eorum, sed cum speculatur unumquodque commune, speculatur ens inquantum est ens. Deinde cum dicit, Eodem autem habet, ostendit idem ex consideratione naturalis scientiae, dicens quod eodem modo se habet naturalis scientia ad hoc sicut mathematica, quia naturalis scientia speculatur accidentia entium et principia, non inquantum sunt entia, sed inquantum sunt mota. Sed prima scientia est de his secundum quod sunt entia, non secundum aliquid aliud. Unde scientiam naturalem et mathematicam oportet esse partes primae philosophiae, sicut particularis scientia dicitur esse pars universalis.

music' gramatic'. quia cum l3 entis est aliq[illegible]
unu cu no sit facta sunt manifestum est q[uod] totum
q[uod] e musicu gramaticu no est aliq[uod] ens. unu
est ista ra[tio] de h[oc] q[uod] i gnatio[n]e scilicet p[re]existit in
q[uod] est ignitum. q[uia] forma no fit p[ro]p[ri]e s3 cop[osi]tu ut
i. vii. p[ro]batu3 est. mat[er]ia aut p[re]existit no q[uasi] ac
[illegible] s3 p[ote]n[ti]a. h[oc] aut music' p[re]existit i actu. h[oc]
aut. s. ille qui erat music' cu fit gramatic' est
gnatio gramatica tm. no aut hui' totius q[uod] est
music' gramaticu. u[nde] hoc totu no est ad unu
[illegible]

[illegible]

partes simplices, sequeretur quod loca essent infinita. Et quod essent infinita quorum unumquodque est impossibile. Cum enim unumquodque corporum simplicium habeat hunc locum sibi convenientem, diversum a loco corporis alterius secundum speciem, si essent infinita corpora simplicia diversa secundum speciem, sequeretur quod et essent infinita loca diversa secundum speciem, quod patet esse falsum. Nam species locorum sunt sex aliquo modo determinate, que sunt sursum et deorsum et huiusmodi. Et esse infinita est impossibile, quia contingit ignorantia [illegible] ignorarent. Si igitur impossibile est etiam esse infinita, necesse est quod loca sunt finita, et per consequens quod totum sit finitum. Secundam rationem ponit ibi: Totaliter autem etc., que talis est. Dictum est quod cum omne corpus sensibile habeat locum, impossibile est quod sit aliquod corpus sensibile infinitum. Hanc tamen rationem ponit supponendo quod omne corpus sensibile habet gravitatem aut levitatem, quod quidem est verum etiam secundum opinionem antiquorum nullum ponentium corpus infinitum actu; sed ipse opinatur quod sit aliquod corpus sensibile non habens gravitatem nec levitatem, scilicet corpus celeste, ut probatur in primo de celo et mundo. Unde hoc induxit sub conditione, quasi ad adversarium contentiosum(?), sed non simpliciter verum. Si igitur corpus omne sensibile est grave vel leve, et est aliquod corpus sensibile infinitum, oportet quod sit grave vel leve, et per consequens quod feratur sursum vel ad medium. Diffinitur enim leve quod fertur sursum, et grave quod fertur ad medium. Sed hoc est impossibile inveniri in infinito, neque in toto, neque in parte. Non enim invenitur medium in aliquo corpore nisi per comparationem habitam ad extrema [illegible] totum. In infinito autem non potest dividi secundum aliquam comparationem; unde non potest inveniri sursum et deorsum, neque extremum et medium. Consequenter autem quod non valet et si ponatur corpus tale quod neque est grave neque leve. Tale enim corpus infinitum non habet medium, quod non potest in corpore infinito inveniri. Tertiam rationem ponit ibi: Adhuc omne sensibile etc., que talis est. Omne corpus sensibile est in loco. Sed loci species sunt sex, scilicet sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, sinistrum; que quidem impossibile est attribui corpori infinito, cum sint quedam extrema distincta, et sic corpori infinito impossibile est attribuere locum. Non est ergo aliquod corpus sensibile infinitum. Non autem dicit quod sex sunt species loci asserendo secundum quod ista loca distinguantur in celis(?), quia motus corporum non distinguuntur nisi sursum et deorsum; sed quia sicut ab infinito corpore removentur sursum et deorsum, ita removentur alie differentie loci. Quartam rationem ponit ibi: Totaliter autem etc., que talis est. Omne corpus sensibile est in loco. Sed impossibile est locum esse infinitum. Ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quod autem impossibile sit locum esse infinitum, ex hoc probatur, quia non potest esse [illegible] aliquod corpus quod sit sub illo genere(?), sicut quod est quale oportet quod sit in aliqua specie qualitatis, ut album; et quod sit [illegible] bicubitum(?) vel tricubitum(?), et similiter quod est in infinito loco oportet quod sit alicubi, idest in aliquo loco infinito. Esse autem in aliquo loco est esse vel sursum vel deorsum vel secundum aliquam aliam speciem,

quarum nullam possibile est esse infinitam, quia unumquodque horum est terminus alicuius distantie. Ergo impossibile est esse infinitum, quia unumquodque horum est terminus alicuius distantie. Ergo impossibile est esse locum infinitum, et per consequens corpus. Deinde cum dicit: Infinitum autem etc., ostendit quod infinitum ipsum in diversis invenitur, et dicit quod invenitur in magnitudine et motu et tempore, non univoce, sed per prius et posterius; sed semper id quod est posterius dicitur infinitum secundum id quod est prius de infinito, sicut motus secundum magnitudinem in qua aliquid movetur localiter aut augetur aut alteratur, et tempus dicitur infinitum secundum motum. Quod sic intelligendum est. Infinitum enim dicitur attribuitur continuo, quod primo attribuitur magnitudini, ex qua motus habet continuitatem. Quod quidem est in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur secundum partes magnitudinis. Unde manifestum est in motu augmenti, quia secundum additionem magnitudinis augmentum attenditur. Sed in alteratione non est ita manifestum; tamen etiam aliqualiter verum est quod continuitas secundum quod fit alteratio per accidens dicitur ad divisionem magnitudinis, et intensio et remissio qualitatis attenditur secundum quod subiectum est in magnitudine [illegible] aliquo modo vel perfectiori vel minus perfecto participat qualitatem. A continuitate autem motus est et tempus continuum. Nam tempus per se non habet continuitatem, sed solum ex subiecto mutato. Sic ergo infinitum [illegible] continuum est. Eodem(?) ergo ordine oportet quod infinitum de istis tribus dicatur, sicut et continuum.

Permutatur autem etc. Postquam philosophus ostendit quid est motus et determinavit de infinito quod est passio consequens motum, hic determinat de partibus motus, et dividitur in partes duas. In prima determinat motum in suas partes. In secunda manifestat quandam concomitantiam motuum et partes eius, scilicet secundum totum. Prima dividitur in partes tres secundum tres divisiones motus, que tamen una sub altera accipiuntur, ut patebit discurrenti per predictas divisiones. Secunda pars incipit ibi: Est autem ad movens. Prima incipit ibi: Quoniam autem [illegible] que autem non secundum accidens etc. Dicit ergo primo quod tribus modis aliquid permutatur. Uno modo permutatur aliquid per accidens, tamquam scilicet ad aliud permutatum ex eo quod ipsum est permutatum, sive sit ideo ut accidens subiecto, sicut musicum dicitur ambulare; sive sicut totum dicitur moveri ad motum partis, sive sicut contentum moto continenti, ut nauta moto navi. Secundo modo dicitur aliquid permutari simpliciter eo quod ad eius partem permutatur, sicut ea que moventur secundum partem, sicut corpus hominis dicitur sanari, quia sanatur oculus. Alio modo quod est per se motum, quod non [illegible] per accidens neque secundum partem, sed primo et per se, sicut si aliquid totum moveatur secundum totum, ut patet si lapis fertur deorsum. Deinde cum dicit: Est autem aliquid et in movente etc., ponit eandem divisionem ex parte moventis, dicens quod movens

permutare uno modo quia movet secundum accidens, sicut musicus edificat; alio modo secundum partem, sicut homo manu percutit vel alia parte; tertio modo per se, sicut ignis calefacit et medicus sanat. Deinde cum dicit: Est aliquid movens primum etc., ponit secundam divisionem motus seu mutationis, et circa hoc tria facit. Primo premittit quedam que sunt necessaria ad divisionem motus seu mutationis accipiendam. Secundo dividit mutationem, ibi: Quoniam autem non secundum accidens permutatio etc. Tertio manifestat que dicta sunt, ibi: Quoniam quidem igitur non etc. [illegible] qualiter mutationes inveniuntur. Est enim in omni mutatione aliquid quod est primum movens. Secundo est aliquid quod movetur. Tertio est tempus in quo fit mutatio, quia omnis motus est in tempore. Quarto est terminus a quo. Quinto est terminus ad quem, quia omnis motus est ex quodam in quoddam. Non autem dicuntur motus seu mutationes illius species secundum movens, neque secundum id quod movetur, neque secundum tempus, quia ista sunt communia omni mutationi; sed dicuntur secundum terminos, scilicet ex quo et in quod est motus. Unde duo ultima posita manifestat dicens quod species, idest forme, et passiones, idest qualitates, et locus sunt termini motuum, quia ea que moventur ad ea mobilia sunt; et dicit species propter generationem et corruptionem, passiones propter alterationem, et locum propter loci mutationem. Et exemplificat de passionibus propter earum evidentiam. [illegible] quibusdam videtur quod qualitas esset [illegible] alteratio, et sic sequitur quod calefactio esset motus. Et ideo dicit quod calefactio non est motus, sed calefactio(?). Deinde cum dicit: Quoniam autem non per accidens etc., premissis duabus partibus primo divisionis, accipit tertiam, et dividit secundum terminos, scilicet mutationem que non est per accidens neque secundum partem. Dicit quod permutatio que non est secundum accidens non existit in quibuslibet terminis, sed solum in contrariis, sicut est mutatio de albo in nigrum, vel inter media, sicut cum est mutatio de albo in rubeum et de rubeo in pallidum; aut est mutatio inter contradictoria, sicut de albo in non album. Aut etiam tacet de privatione opposita, quia media sunt inter contradictoria et contraria, et ideo [illegible] intelligit. Dicit autem quod permutatio que non est secundum accidens est in huiusmodi terminis, quia mutationes per accidens non habent terminos determinatos. Fit enim per accidens mutatio de albo in dulce, non quia [illegible] est album, sed quia contingit esse album(?). Et quod solum inter predictos terminos sit permutatio ostendit per divisionem. Quattuor enim modis possunt variari termini mutationis: aut enim quod uterque terminus sit affirmativus, ut si aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum, et hoc est quod dicit ex subiecto in subiectum; aut ita quod uterque sit negativus, ut si aliquid dicatur mutari de non albo in non nigrum, et hoc est quod dicit ex non subiecto in non subiectum; aut ita quod terminus a quo sit affirmativus, ad quem sit negativus, ut si dicatur aliquid mutari de albo in non album, et hoc est quod dicit ex subiecto in non subiectum. Exponit autem quod dicit subiectum, scilicet id quod affirmative significatur. [illegible]

autem ut [illegible] combinationum una est inutilis. Non enim est aliqua permutatio de non subiecto in non subiectum. Due enim negationes, sicut non album et non nigrum, neque sunt contraria neque contradictoria, quia non sunt opposita; possunt enim verificari de eodem, nam lapis enim neque est albus neque niger. Cum omnis mutatio sit inter opposita, ut supra probatum est, relinquitur quod de non subiecto in non subiectum non sit permutatio. Et sic necesse est solum tres esse permutationes, scilicet duas secundum contradictionem et unam secundum contrarietatem. Deinde cum dicit: Quoniam quidem igitur ex non subiecto etc., manifestat que supra posita sunt, et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod due earum sunt generatio et corruptio. Secundo ostendit quod neutra earum est motus, ibi: [illegible] etc. Tertio concludit que mutatio dicatur motus, ibi: Quoniam autem omnis motus etc. Dicit ergo primo quod tertia predictarum mutationum, illa que est de non subiecto in subiectum, ex quo termini eius sunt contradictorie oppositi, vocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut est mutatio de non ente simpliciter in ens simpliciter, et tunc est generatio simpliciter, et tunc est cum aliquid generatur simpliciter secundum substantiam; aut de non ente in ens non simpliciter, sed secundum quid, sicut de eo quod non est album in album, et hec est generatio quedam secundum quid. Illa vero mutatio que est de subiecto in non subiectum dicitur corruptio, et similiter ibi distinguitur simpliciter et quid, sicut in generatione. Deinde cum dicit: Si itaque non [illegible] etc., ostendit quod neutra harum mutationum est motus. Et primo ostendit hoc de generatione; secundo de corruptione, ibi: [illegible] etc. Circa primum [illegible] quod non ens dicitur multipliciter. Et uno enim modo dicitur ens et non ens secundum compositionem et divisionem propositionis, et tale non sit in rebus, sed in mente; non potest moveri. Alio modo dicitur ens secundum potentiam et actum. Id quod est actu est simpliciter ens; quod autem est secundum potentiam tantum est non ens. Dicit ergo quod neque contingit moveri hoc non ens quod quidem est secundum potentiam ens, sed non ens actu, quod est oppositum enti in actu simpliciter. Sed quod dixit quod est oppositum enti simpliciter manifestat, et dicit quod non album enim [illegible] quod opponitur enti in actu, quod non est ens simpliciter, contingit moveri; puta quod est non album in actu, quod non bonum in actu contingit moveri, sed tamen per accidens. Homo enim, qui est non album, movetur; sed hoc in quo est hoc privatio est ens actu. Quod enim est non album potest esse homo. Sed quod est non ens in actu simpliciter, idest secundum substantiam, nequaquam contingit moveri. Si igitur hec omnia vera sunt, impossibile est non ens moveri; et si hoc verum est, impossibile est generationem esse motum, quia quod non ens generatur. Est enim generatio, ut dictum est, de non ente in ens. Unde si generatio simpliciter esset motus, sequeretur quod non ens simpliciter moveretur. Sed huic processui posset aliquis obviare dicens quod non ens non generatur nisi per accidens; per se generatur id quod est subiectum generationis, scilicet ens in potentia [illegible] non ens [illegible] simpliciter, unde non generatur nisi per accidens. Sed hanc obviationem excludit, idest si enim et quod maxime [illegible] quod licet non ens non

Aut ita quod terminus a quo sit negativus et terminus ad quem affirmativus, ut si dicatur aliquid mutari de non albo in album, et hoc est quod dicit ex non subiecto in subiectum.

disciplinationis et aliqua alia mutationis quod eorum terminetur quod sit disciplina disciplinationis; quod est relinquitur quod non sit generatio generationis. ¶ Deinde cum dicit: quoniam autem neque substantie, concludit principalem intentionem dicens quod quia motus non potest esse neque in substantia neque in ad aliquid neque in actione et passione, relinquitur quod motus sit secundum quale et quantum et ubi in generibus; omnia enim ista contrarietatem habent, que est terminus motus, ut ostensum est. Sed quia aliquis quaerit an dicatur de forma simili, similiter dicitur quod cum motus dicatur esse in qualitate, non intelligitur sicut in eo quod dicitur similiter predicatur in eo quod est quale; sed dicitur sicut in quo est aliqua passio, ut passibiles qualitates. Non enim est ipse alteratio nisi passiones que sunt, ut in septimo Physicorum probatur. ¶ Deinde cum dicit: immobile, dicit quot modis dicitur immobile, et ponit tres modos. Quorum primus est quod immobile dicitur id quod impossibile omnino est moveri, sicut dicitur immobile. Secundus modus est secundum quod dicitur immobile id quod vix et tarde incipit moveri, sicut dicimus magnum saxum dici immobile. Tertius modus est secundum quod dicitur immobile id quod natum est moveri, sed tamen non potest moveri quando natum est moveri et ubi natum est, et sicut natum est moveri. Et hoc solum immobile dicitur quiescere, quia quies est contrarium motui. Unde oportet quod quies sit privatio motus in susceptibili motus.

¶ Simul secundum locum etc. Notificat quedam que conducunt ad motum, et precipue motum localem; et primo notificat ea. Secundo inducit quoddam correlarium ex dictis, ibi: quare palam. Dicit ergo primo quod simul sunt secundum locum sive dicuntur quecumque sunt in uno loco primo, id est proprio, scilicet non alia sit in uno loco quam non propter hoc dicuntur esse simul; sic enim omnia que continentur celo aliqua diceretur esse simul. Seorsum autem dicuntur que sunt in alio et alio loco. ¶ Tangi autem ad invicem dicuntur quorum ultima sunt simul. Puta duo corpora quorum superficies coniunguntur. Medium autem est in quod primo permutatum natum est pervenire quam in ultimum. Sic si motus continuus de a in c, prius venit in b, quam pervenit in c. Quod autem non secundum locum est contrarium, plurimum distans secundum rectam lineam. Quod ideo dicitur, quia distantia plurima potest inveniri secundum lineam curvam, eo quod inter duo puncta possunt designari infinite linee curve dissimiles; sed inter duo puncta non potest esse nisi una linea recta. Mensura autem omnis esse, et terminata plurima et distantia non invenitur nisi secundum lineam rectam, quia est mensura certa. ¶ Consequenter dicitur quod est post aliquod principium. Sic attendatur ordo secundum positionem sive secundum speciem, sic binarius est post unitatem, sive quovis alio modo. Et adhuc oportet quod eius generis sit medium in idem quod consequens dicitur. Sicut linea est consequens alicui linee, et domus alicui domui. Sed nihil prohibet quod inter duo que sunt unum consequens alteri esse aliquid medium alterius generis. Puta si inter duas domos sit unus equus medius. Et ad manifestationem predictorum distinguit quod consequens dicitur quod consequitur aliquid et post aliud. Unum enim non dicitur consequens ad duo, neque prima luna ad secundam, sed econverso. ¶ Deinde cum dicit: quod habitum dicitur, ponit quod consequens quod tangitur. Puta

si duo corpora sunt ordinata quorum unum alterum tangit. ¶ Deinde cum dicit quod cum omnis mutatio sit in oppositis, et opposita sint ea que sunt contraria et contradictoria, et in contradictoriis nullum sit medium, manifestum est quod in solis contrariis est esse medium, cum medium sit inter extrema, ut ex diffinitione superius posita patet. Habitum ad invicem quod est consequens sunt, ita quod non est medium. ¶ Deinde cum dicit: continuum, dicit quod continuum additur ad suprascripta. Et dicit quod continuum est cum terminus eorum que se tangunt et sunt simul sit unus et idem. Sicut partes linee continuantur ad punctum. ¶ Deinde cum dicit: quare palam, inducit tria correlaria ex premissis. Quorum primum est quod continuum est illud ex quibus natum est fieri unum secundum tactum. Et hoc ideo est, quia continuum requirit contactum et consequentiam. ¶ Secundum correlarium est quod in consequentibus et contactis primum omnium est consequens. ¶ Non enim omne quod est consequens tangit, sed omne quod tangit est consequens. Quia enim contacta oportet esse ordinata et inter ea esse medium, illud quod tangit est prius natura. Quia si est continuum necesse est quod tangat quia necesse est unum, non necesse est esse unum simul. Non forte intelligatur hoc quod est simul plane. Sicut enim continuum non est contactum, sed eo modo quo id quod est unum est simul, necesse est continuum esse tangens. Sed non quod tangit quod sit continuum, sicut non quod est simul aliquid quod sit unum. Sed in quibus non est tactus in eis non est connaturalitas, id est coniunctio ipsorum terminorum est. ¶ Tertium correlarium est quod punctus et unitas non sunt idem, ut Platonici posuerunt, dicentes quod punctus est unitas habens positionem. Sed quod non sit idem patet ex duobus. Primo quidem quia punctis convenit, non autem unitatibus, unitates. Secundo quia inter duo puncta semper est aliquid medium, ut probatur in sexto Physicorum. Sed inter duas unitates non est necesse esse medium. Explicit undecimus.

De substantia quidem theoria etc. Postquam philosophus in precedentibus libris determinavit de ente et de substantia in communi, tam secundum logicam considerationem quam secundum metaphysicam, in isto libro intendit colligere ea que dicta sunt de substantia in octavo libro Physicorum et addere ea que pertinent ad considerationem de substantiis separatis. Dividitur autem in partes duas. In prima ostendit quod ad istam scientiam pertinet considerare principia substantie. In secunda determinat de principiis substantie, ibi: substantie vero tres. Circa primum ponit tres rationes. Dicit ergo quod cum ista sit theoria, id est contemplativa, consideratio de substantia, et quia principia et cause substantiarum queruntur. Non enim sicut est prima et principalis causa, et quod non potest ponere (?) principia

festitur per illa que sunt in tribus, in quibus invenitur ordo inter aliqua duplex. Uno modo secundum quod partes alicuius totius habent ordinem ad invicem, sicut in toto prius est cor; in domo fundamentum. Alio modo secundum quod aliqua se habent, ex quibus non fit unum, neque continuatione neque contactu, sicut exercitus dicitur per accidens; et sic in aliquo toto est aliquid prius. Prius quia sic in isto ordine quod consequenter se habet est ad primum, ita substantia prima inter omnia alia entia; et hoc est quod dicit quod si ens est universum entium sicut quoddam totum, substantia est prima pars sicut fundamentum in domo. Et si entia se habent sicut ea que sunt consequentia, etiam substantia est prima. Deinde quantitas et qualitas et alia genera. ¶ Secundo autem attendens hoc substantiam dicit, quod alia non possunt simpliciter et in toto sine ea; per omnia alia genera entium sicut partes unius totius continui, dicit aplano licet iam exponens, dicens quod philosophus dicit ad intendisse duplicem similitudinem secundum opinionem tenentium, scilicet illi qui habent se sicut ea que sunt unum, nec continuum. Sed quod est si ens esset secundum genus eorum, sicut constituunt continua huius ad ea et hic intelligere autem dicit: sicut ut totum quoddam est, vel quod habent se ad invicem sicut in ullo continuo; et hoc intelligit cum dixit: ut eo quod consequenter etc. Vel hoc modo: planum est quod ibi substantia est prima entium, quod qualitas et quantitas et alia non sunt simpliciter entia, ut iam dicatur. ¶ Alia enim dicuntur quod esse habent secundum solum substantiam que substat accidentia, quia dicuntur entia non quia sint, sed magis quia ipsius sunt accidentia. Sicut albedo dicitur esse quia ens est album. Et ideo dicuntur simpliciter entia. Sed entia sunt qualitates et motus, nec est mirum si accidentia dicuntur entia cum non sint simpliciter, quia et privationes et negationes dicuntur quodammodo entia. Sicut non album et non rectum dicuntur, non quia non album est, non quia non album esse habet, sed quia substantia aliqua est albedine privata. Sic ergo esse est aliud accidentia et privationes, quia utrumque dicitur esse non per se, sed in hoc differunt, quia substantia secundum accidentia habet esse aliquale, secundum vero privationes non habet esse aliquale, sed est deficiens ab esse. Sic ergo accidentia cum non sint simpliciter entia, sed solum substantia, qui considerat ens secundum quod ens, non considerat principaliter accidentia, sed substantias. Et non plus id ibi amplius. ¶ Alio quia scilicet alia entia non possunt separari a substantia. Accidentia enim non possunt esse nisi in substantia, et non in consideratione substantie includitur consideratio accidentium. ¶ Tertio modo probat idem testimonio quorundam etc. Dicit quod ipsi philosophi antiqui suo facto testantur quod philosophi consideratio est de substantia. Quia enim querebant principia et elementa et causas, nisi substantie sed diversimode. Nunc enim moderni, scilicet Platonici, dicunt universalia esse magis substantias quam particularia. Dicunt enim genera que sunt universalia esse magis principia et substantias quam particularia. Et hoc ideo quia logice inquirebant de rebus. Credebant enim res non abstractas universales, que secundum rationem sunt abstracte, et esse magis principia. Sed antiqui philosophi ut Democritus et Empedocles posuerunt substantias particulares esse principia, ut ignem et aerum. ¶ Ad hoc hoc est quod est contra. Sed non est sunt

Substantie vero tres sunt etc. Postquam philosophus ostendit quod ad considerationem philosophie prime pertinet principia substantie determinare, hic incipit de substantiis determinare. Et dividitur in partes duas. In prima dicit substantiam. In secunda de principiis dicendis determinat, ibi: sensibilis vero substantia. Dicit ergo primo quod tres sunt substantie. Una quidem est sensibilis, que in duo genera dividitur; nam quedam substantie sensibiles sunt sempiterne, scilicet corpora celestia, quantum non sunt corruptibiles. Alia vero sensibilis corruptibilis nota est omnibus, sicut plante et animalia. Sed quarum sensibilium sempiternarum est cura principia querere et invenire, quia huius substantie si unum sit aut plura non est manifestum. Hec autem inquirit consideratione de rebus sempiternis, quarum sunt principia, ut movetur et fines corporum celestium, ut infra patebit. Ponit quod hec lege erit alio loco propria, illum naturalis, non est nisi cum inveniantur. ¶ Tertium vero genus est substantia immobilis que non est sensibilis, et hoc non est omnibus manifestum. Sed quidam ponunt eam esse separabilem a sensibilibus. Quorum opinio diversificatur. Quidam enim dividunt substantias separabiles in duo genera, scilicet in species quas vocant ydeas, et mathematica. Sic enim inveniuntur secundum eos duplices substantie separabiles, unum quo separantur mathematica ab aliis sensibilibus, et aliud quo separantur mathematica omnium sensibilium. Alii quo separantur universalia a particularibus, et ideo posuerunt universalia esse separata, que dicebantur species et mathematica. Sed quia ista duo, scilicet species et mathematica, in unam naturam redducebant, ut dicit hoc contra Platonicos. Sed alii, scilicet Pictagorici, non ponebant species, sed solum mathematica. Et ad hoc in genere substantie differt. Quod substantie sensibiles, sive sint corruptibiles sive perpetue, pertinent ad considerationem naturalis philosophie, que determinat de ente mobili. Hec enim substantie sensibiles sunt in motu. Substantia autem separata et immobilis pertinet ad considerationem alterius scientie, et non eiusdem, si tamen nullum principium sit commune utrisque substantiis. Quia si aliquod commune esset, pertineret utrarumque substantiarum consideratio ad illam scientiam que esse considerat. Unde licet illa scientia que considerat solum de substantiis sensibilibus, ipsa physica est immobilium, tamen de huius quod de substantiis immobilibus considerat, huius scientia quantum convenit in hoc quod sunt entia et substantie. ¶ Deinde cum dicit: sensibilis vero substantia etc. determinat de principiis substantiarum. Et primo de substantiis sensibilibus, secundo de substantiis immobilibus, ibi: quoniam autem tres sunt. Primo dicit quod dividitur. Primo ostendit principia sensibilia. Infra inquirit utrum sunt eadem principia substantie et aliorum generum. Prima autem vero in partes duas. In prima ponit principia de fieri. Secundo determinat de materia. Secundo de forma, ibi: quod tres non sunt entia et eadem principia. Ideo prima in duas. Primo determinat de materia. Secundo solvit dubitationes, ibi: dubitabit autem aliquis ex quo. Circa primum tria facit. Primo ostendit materiam esse in sensibilibus. Secundo quale ens sit, ibi: similiter continuum inmateria. Tertio quot differentie inveniuntur in sensibilibus substantiis, ibi: omnia vero materiam habent. Dicit ergo quod substantia sensibilis est transmutabilis, ut dictum est. Omnis autem transmutatio est ex oppositis, aut ex mediis, ut supra ostensum est. Non autem ex omnibus oppositis ex quibus aliqua opposita fit; non enim album ex non albo, non quod ex quolibet non albo. Nam vox est non albam.

<m>

sed corpus non fit album ex nace. sed ex non albo quod est
nigrum vel medium. Et dicit quod mutatio fit ex op-
positio quod est contrarium. nec est similitudo de illa in qua
fit mutatio cum tamen illa non sit ad contrarium. quia illa est
privatio. quia quod dictum est modo comprehenditur sub contraria. vel in
x. contrarium est. quia omnis mutatio fit de
contrario in contrarium: necesse est ergo ad illud quod potest
mutari de contrario in contrarium. Et probat dupliciter. primo quia
de quo unum contrarium non transmutatur in alterum. non. n. ipsum
nigredo fit umquam albedo. Unde si debeat fieri transmu-
tatio de nigro in album, semper oportet quod esse praeter nigre-
dinem quod fiat album. alio modo probat idem ex

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

si aliquid aliquando sempiternum. Ut forte motus et tempus. Et hic sequitur quod sunt in actu. Hoc autem ultimo in conclusit propter dubitationem sequentem. Ex his igitur processum manifestum est quare hic firmiter opinatur et credidit necessarium fore quod motus sit sempiternus et similiter tempus. Alias enim non fundasset super hoc intentionem suam de inquisitione substantiae separatae. Sed tamen si diligenter rationes ab eo inductae in VIII Physicorum ex quibus suppositionem hic procedit non sunt demonstrationes simpliciter, sed probabiles rationes, nisi forte sic demonstrantes contra positiones antiquorum illorum de inceptione motus quas destruere intendit. Et praeterea multis aliis rationibus quae hic non tangit manifestum est quod ratio quae hic posita est ad probandum sempiternitatem temporis non est demonstrativa. Non enim si ponimus tempus aliquando incepisse oportet ponere prius nisi imaginatum, sicut cum dicimus quod extra caelum non est corpus, hoc quod dicimus extra non est nisi extra imaginatum. Sicut igitur extra caelum non oportet ponere locum, quamvis extra videatur locum significare, ita non est necessarium quod tempus sit prius quam incipiat vel posterius quam desinet, licet prius et posterius videantur tempus significare. Sed et quamvis rationes sempiternitatis motus et temporis non sint demonstrativae et ex necessitate concludentes, tamen ea quae hic probantur de sempiternitate et immaterialitate primae substantiae ex necessitate sequuntur. Quia si non fuit mundus aeternus, necesse est quod fuit productus in esse ab aliquo praeexistente. Et hoc si non sit aeternum oportet iterum quod sit productum ab aliquo. Et cum hoc non possit procedere in infinitum, ut supra in II probatum est, necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam cuius substantia non sit potentia et sine materia.

Deinde cum dicit: Quamvis dubitatio. Movet quandam dubitationem contra praedeclarata. Et dubitationis intentio est quod si actus sit simpliciter prior potentia, ut possit poni primum principium rerum esse tale cuius substantia sit actus et hoc circa fuerat. Primo ponit rationem ad ostendendum contrarium, scilicet quod potentia sit prior actu. Secundo ponit rationem in contrarium, ibi: At vero si hoc modo erit. Tertio solvit dubitationem, ibi: Propter quod quidam. Dicit ergo primo quod circa sempiterna est actus, contrarius de hoc sit dubitatio. Videtur enim potentia simpliciter esse prior actu. Omne enim prius est a quo non convertitur consequentia essendi. Hoc autem modo videtur se habere potentia ad actum, quia omne agens videtur posse agere, sed non omne quod potest agere agit. Quare videtur quod potentia prior sit actu.

Deinde cum dicit: At vero si hoc modo erit. Ponit rationem in contrarium. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ducentem ad impossibile, dicens quod si potentia sit simpliciter prior actu, sequitur quod nihil sit entium; contingens enim est quod ad potest esse et non esse. Et ita si principia entium sint in potentia, sequitur quod non sint actu, et ita nihil erit. Et hanc quidem conclusionem duplici modo secundum opiniones quorundam antiquorum qui vocabantur poetae theologi, sicut Orpheus et quidam alii qui ponebant mundum esse generatum ex nocte, idest privatione, et aliqui priores naturales, sicut philosophi naturales eos sequentes, quod cum viderent quod secundum mundum mundus sit ex non ente, posuerunt omnia esse simul in quadam confusione quam vocabant chaos. Sicut posuit Anaxagoras, qui ponebant omnia esse simul in potentia, non in actu. Sed sive hoc modo sive illo dicatur, sequitur idem impossibile si potentia simpliciter sit prior actu. Illa enim quae sunt in potentia, sive sint in non ente, sive sint in quadam confusione, non possunt moveri ut reducantur in actum nisi sit aliqua causa movens in actu existens. Quia materia in artificialibus non movet seipsam, sed movet ipsam tectonica, idest ars. Nec menstruum aut terra, idest materia in generatione animalis movet seipsam, sed movet ipsam genitura, idest semen animalis. Nec terra quae est materia in generatione plantarum movet seipsam, sed movet eam seminatum, idest semina plantarum.

Secundo ibi: Propter quod faciunt quidam. Ostendit quod huic rationi quidam antiquorum consenserunt, dicens quod propter hanc rationem quidam philosophi posuerunt semper actum existentem, scilicet Leucippus et Plato. Dixerunt enim motum semper fuisse, et cum mundus non secundum Leucippum, qui ponebat atomos per se mobiles, ex quibus ponebant mundum constitui; secundum Platonem vero ex illis quae dicebant ante constitutionem mundi mota fuisse motibus inordinatis, sed postea a Deo fuisse reducta ad ordinem. Sic igitur quantum ad hoc videntur bene dixisse quod posuerunt semper fuisse actum, sed in hoc defecerunt quia non dixerunt quis motus semper fuit, nec etiam motus assignaverunt causam simpliciter variando, nec sic ponentes motum assignaverunt causam. Tamen necesse est quod si motus moveatur, ut oportet esse aliqua causa; dicit ergo quod oportet esse aliqua causa quod movet. Sicut nunc videmus quod quaedam movetur hoc modo naturaliter aut a violentia aut ab intellectu aut aliqua alia causa.

Deinde debuerunt etiam assignare qualis sit prima causa motus, utrum natura sive violentia, sive intellectus. Multum enim differt quid horum ponatur causa. Sed nec Plato potest excusari propter hoc quod posuit principium motus esse aliquid movens seipsum; dicebat enim esse animam. Sed anima secundum ipsum non fuit ante constitutionem mundi, sed fuit post illam inordinationem motus. Facta enim fuit simul cum caelo quod ponebat animatum. Et sic anima non potuit esse principium illius motus inordinati.

Deinde cum dicit: Potentiam quidem ergo. Solvit propositam quaestionem. Et circa hoc duo facit. Primo remittit nos ad hoc quod determinatum est in IX, ubi determinavit de ordine potentiae ad actum, dicens quod opinari potentiam esse priorem actu quodammodo bene dicitur et quodammodo non. Et quomodo hoc sit dictum est in IX, idest quod actus est simpliciter potentia prior, sed in uno et eodem quod movetur de potentia in actum potentia praecedit actum in tempore, quamvis actus sit prior natura et ratione.

Secundo ibi: Quia autem actus etc. Confirmat solutionem per positiones quorundam philosophorum, dicens ad hoc quod actus sit simpliciter prior potentia testatur Anaxagoras, qui posuit primum principium movens esse intellectum. Intellectus enim actus quidam est. Et etiam hoc testatur Empedocles, qui posuit causas moventes amicitiam et litem, et Leucippus et Plato qui dixerunt semper motum fuisse.

Deinde cum dicit: Quare non fuit infinito tempore. Ex determinatione quaestionis praemissae manifestat quaedam quae sunt circa hoc. Et circa hoc tria facit. Primo concludit ex praemissis perpetuitatem generationis. Secundo concludit perpetuitatem motus caeli, ibi: Si itaque idem semper. Tertio ex perpetuitate motus caeli concludit perpetuitatem primi moventis immobilis, ibi: Et quoniam est aliquid et quod movet. Dicit ergo primo quod si actus est simpliciter prior potentia, sequitur quod falsa sit opinio antiquorum illorum qui existimantes potentiam simpliciter esse actu priorem, posuerunt omnia infinito tempore prius fuisse in potentia in quadam confusione quam appellabant chaos. Falsa etiam erit opinio poetarum theologorum, qui propter eandem existimationem posuerunt infinito tempore prius fuisse simpliciter rerum privationem quam res actu esse inciperent. Quam quidem rerum privationem noctem appellabant, propter ea forte quia inter qualitates et formas sensibiles lux et color priores inveniuntur, cum ipsi quasi praeter sensibilia esse arbitrentur. Privatio autem lucis nox est. Utraque enim opinio falsa est si actus prior est potentia. Sed cum videamus ea quae generantur de potentia ad actum procedere, necesse erit dicere quod eadem quae actu fiunt post potentiam semper fiunt aliquo modo, vel secundum circularem generationem, si ponantur ea quae generantur prius fuisse eadem non secundum numerum quidem, sed secundum speciem, quae quidem fit secundum circularem generationem. Nam ex terra humectata resolvuntur vapores, ex quibus generatur pluvia, per quam iterum humectatur terra. Similiter ab homine procedit semen, et generatur iterum homo. Et sic ea quae fiunt reiterantur eadem specie per circularem generationem. Aut etiam ea quae post potentiam fiunt facta eadem fiunt semper aliter, sicut posuit Anaxagoras, quod praeexistunt res actu in his ex quibus generantur.

Deinde cum dicit: Si itaque idem semper periodo. Ex perpetuitate generationis concludit perpetuitatem motus caelestis, supposito igitur quod non sit aliquis alius modus quo ea quae procedunt de potentia ad actum semper eadem fiunt, nisi secundum circularem generationem, et ex hoc quod istam naturalem omnia sunt supposita, ipse ex de generatione concludit quod si aliquid permaneat idem, scilicet secundum rectitudinem generationis, oportet aliquid semper manere idem in eo quod similiter agit ad hoc quod causet perpetuitatem motus. Non enim potest esse causa perpetuitatis quae invenitur in generatione et corruptione aliquid unum eorum quae generantur et corrumpuntur, quia nullum eorum perpetuum est. Nec etiam omnia, cum non simul sint, ut ostensum est in VIII Physicorum. Relinquitur igitur quod oportet esse aliquid perpetuum agens quod semper uniformiter agit ad perpetuitatem causandam. Et hoc est primum caelum quod movet uniformiter et revolvit omnia motu diurno. Sed quia aliquid quod semper eodem modo operatur non causat nisi aliquid quod semper eodem modo se habet, ex his autem quae generantur et corrumpuntur apparet quod non semper eodem modo se habent, quia quandoque generantur et quandoque corrumpuntur. Si igitur oportet esse generationem et corruptionem in istis inferioribus, necesse est ponere aliquod agens quod aliter et aliter se habeat in agendo. Et hoc quidem agens dicit esse corpus quod movetur secundum circulum obliquum qui dicitur zodiacus, quia cum hic circulus declinet ad utramque partem ab aequinoctiali, necesse est quod motus secundum circulum zodiacum oportet quod sit quandoque magis propinquum et quandoque magis remotum. Et secundum hanc diversam propinquitatem et remotionem causat contraria. Videmus enim quod appropinquante sole ad nos generantur, recedente sole corrumpuntur, sicut herbae quae in vere nascuntur et in autumno siccantur. Moventur enim in circulo zodiaco et sol et alii planetae, sed et stellae fixae dummodo sint super polos zodiaci, et non super polos aequinoctialis, ut Ptolomaeus probat. Ex hoc autem motu causatur generatio et corruptio omnium quae generantur et corrumpuntur, sed magis evidenter ex motu solis. Hoc igitur movens quod aliter et aliter agit necesse est quod quodammodo agat secundum se, idest ex propria virtute, in quantum causat diversitatem generationis et corruptionis; quodam vero modo secundum alterum, idest ex virtute alterius, in quantum causat perpetuam generationem et corruptionem. Aut igitur oportet quod agat secundum quod ad alterum, idest ex virtute alicuius alterius, aut secundum primum, idest virtute primi quod semper similiter agit. Et cum non sit aliquod alterum assignare ex cuius virtute causet perpetuitatem, necesse est quod secundum hoc quod similiter agit, idest virtute eius, perpetuitatem generationis et corruptionis causet. Illud enim, scilicet primum quod semper similiter agit, est causa ipsi quod aliter et aliter agit, quod iterum quod aliter et aliter agit perpetuo agit. Illud vero quod semper similiter agit est causa perpetuitatis ante huius motus. Sic igitur est causa perpetuitatis eius quod agit aliter et aliter, ut scilicet perpetuo sic agat, et illud et quod ex eo causatur, scilicet generationis et corruptionis perpetuae. Ex quo patet quod secundum agens, scilicet quod aliter et aliter agit, agit in virtute primi agentis, idest primi caeli, quod semper similiter agit. Sic igitur patet quod primum agens quod semper similiter agit est potius et dignius, quia ipsum est causa eius quod est semper esse similiter, idest perpetuitatis. Sed eius quod est esse aliter et aliter causa est alterum agens quod aliter et aliter agit. Eius vero quod est semper aliter et aliter se habere, quod est generationem et corruptionem esse perpetuam, et aliorum huiusmodi motuum, manifestum est quod sit causa utrumque coniunctum, scilicet et primum quod semper similiter agit et secundum quod aliter et aliter agit. Ex hoc autem concludit quod quia sic se habet motus caeli quod ex eius parte causatur perpetuitas generationis et corruptionis in istis inferioribus, non oportet quaerere aliqua principia alia a praedictis, sicut Platonem

naturalia dependent a celo et motu eius. Attendendum est autem quod ... Hic dicit quod necessitas primi motoris non est necessitas absoluta, sed necessitas que est ex fine. Finis autem primum principium est, quod postea nominat deum. Quod autem intenditur per motum est assimilatio ad ipsum. Assimilatio autem ad id quod est volens et intelligens, cuiusmodi ostendit esse deum, attenditur secundum voluntatem et intelligentiam ipsius, sicut artificiata assimilantur artifici in quantum in eis voluntas artificis adimpletur. Sequitur quod tota necessitas primi motoris subiacet voluntati di[vine].

Deinde cum dicit: Deductio vero est etc. ostendit per quod movet sicut intelligibile et desiderabile, ad id quod intelligit et desiderat ipsum. Necesse est enim supremum movens movet sicut primum intelligibile et desideratum ...

[illegible]

[illegible]

aut preter unum illi. Quod quia post primum primum principium necesse est esse plures illis immateriales sempiternas. dicens quod preter simplicem motum localem universi, qui est motus diurnus, quo totum celum revolvitur, quod est unius forme et simplex, quem motum causat prima substantia immobilis, videmus alios motus locales planetarum, qui etiam sunt sempiterni. quod contingit quia scilicet celum est sempiternum. unde sempiternum motum non tollit per corruptionem mobilis et est illabilis, id est non potens quiescere. unde motus ille non incipit a quiete. Astra planete sunt in sua natura tam in sua phisica quam illic dicebatur. Unde necesse est quod quilibet horum motuum moveatur a motore per se immobili et essentialiter sempiterna. Et quod ideo necesse est, quia alterum sempiterna etiam quod sunt. unde oportet quod moveat ea etiam sempiternum et etiam [illegible]. movetur cum [illegible] motor. et est prius [illegible] necesse est esse substantiam. Unde manifestum est quod necesse est quot sunt lationes astrorum, tot esse substantias que sunt natura sempiterne et per se immobiles et sine magnitudine propter causam supra assignatam, quia scilicet movent tempore infinito. et sic per omnia virtute infinita. manifestum est igitur quod sunt alie substantie immateriales secundum numerum motuum secundum [illegible] est autem quod prius primum lationem [illegible] non comprehendit nisi lationes planetarum. quare tempore nondum erat deprehensus motus alius preter motum stellarum fixarum. unde estimavit quod octava spera in qua sunt stelle fixe est primum mobile et motor eius est primum principium. sed postea deprehensus est ab astrologis motus stellarum fixarum contrarium primi motus. unde necesse est quod supra speram stellarum fixarum sit aliqua circundans totum que revolvit totum celum motu diurno. et hec est primum mobile quod movetur a primo secundum Aristotilem. sed Avicenna posuit quod primum mobile movetur immediate non a primo principio causali. Cum enim primum principium sit unum simplex, extimavit quod ab eo non potest causari nisi unum, quod est intelligentia prima. in quantum vero inducit aliqua pluralitas, postea causatus secundum quod aliquam esse ab alio comparatur, in quantum a quo dependet secundum suum esse, sicut potentia ad actum. sic igitur prima intelligentia potest immediate causare pluralia. Nam secundum quod intelligit se prout habet aliquid de potentia causat substantiam orbis quem movet. secundum autem quod intelligit se prout habet factum esse ab alio, causat animam sui orbis. secundum autem quod intelligit suum principium causat intelligentiam sequentem, que movet inferiorem orbem. et sic deinceps usque ad speram lune. Sed hoc non habet necessitatem. Nam cum agens non est virtutis [illegible] sicut in rebus materialibus ut necesse sit quod unus tantum unum causet. quia causalitas eius est secundum esse intellectualem. unde secundum plura que possunt intelligi ab uno possunt plura causari. Satis etiam videtur ut primus motor [illegible]

[margin: illegible]

[margin: illegible]

consilium a quo omnia alia dependent habeat per causam primam simplicem substantiam ut sit quedam connexio totius sensibilium et intelligibilium. ¶ Deinde cum dicit quod prius dicit quod ordo istarum substantiarum sit secundum ordinem motuum et mobilium potest esse dubium. Nam sol maior est virtute inter omnes planetas, et eius effectus magis apparet in rebus inferioribus. et etiam motus aliorum planetarum ordinantur per motum solis, et quodammodo consequuntur ipsum. unde videtur quod substantia que movet solem sit superior nobilior illis que movent alios planetas, cum tamen sol non sit supra omnes alios planetas. Sed cum in corporibus id quod est continens sit formalius et per hoc dignius et perfectius, et comparetur ad corpus contentum sicut ad potentiam contentum, ut dicitur in quarto Physicorum, necessarium est quod cum spera superioris planete contineat speram inferioris, quod sit planeta superior ad quem ordinatur tota sua spera, altioris virtutis existens quam planeta inferior, et universaliores operetur effectus. ut potest comprehendi ex virtute prime spere, que per suum motum causat sempiternitatem ut supra dictum est. Unde et quod sicut dicit Ptolomeus in Centiloquio, effectus futurum comparantur ad [illegible] et tempora. effectus Iovis ad annos. Martis, solis, veneris et mercurii ad menses. Lune autem ad dies. Unde et manifestius effectus planetarum apparent in his inferioribus secundum accidens non secundum ordinem. Nam primum tres superiores videntur ordinari ad ea que pertinent ad existentiam rei secundum se ipsam. Et ideo ipsi Saturno attribuitur [illegible]. perfectio autem rei et bona habitudo eius correspondet Iovi. Motus autem rei secundum quod se contra nocumenta tuetur et ea expellit correspondet Marti. et non planete alii [illegible] propter hoc esse motus principium rei existentis. Inquantum quod sol sit [illegible] principium motus. et propter hoc eius operationes in mutationibus inferioribus maxime apparent. Venus autem, cuius propter hoc effectum habere magis declaratur in generationem, per quam aliquid consequitur speciem. Et ad quam scilicet omnis motus aliorum ordinantur in istis inferioribus. Mercurii autem [illegible] effectum habere in multiplici et distinctione ordinata in una specie. et propter hoc varios habet motus. et propter hoc in naturis omnium planetarum miscetur, ut astrologi dicunt. Lune autem proprie competit inchoatio motus et dispositio ipsius ad recipiendum omnes influxiones celestes. et propter hoc invenitur quasi deferens influxiones celestes applicans inferioribus. Sic igitur quanto corpus celeste est superius, tanto habet universaliorem, diuturniorem et priorem effectum. Et cum corpora celestia sint quasi instrumenta substantiarum separatarum moventium, sic necesse est quod illa que movet superiorem orbem sit universalior [illegible] et per consequens oportet quod sit nobilior. ¶ Deinde cum dicit pluralitatem non iam etc. inquirit et

sunt supradicte substantie. Et dividitur in partes duas. In prima inquirit numerum celestium motuum. In secunda ex hoc concludit numerum substantiarum, ibi, quare tot substantias et principia. Prima in duo. secundo primo dicit unde accipiendus sit numerus motuum celestium. secundo ponit circa hoc opiniones diversas, ibi, Eudoxus vero. Dicit ergo primo quod pluralitas lacionum sive motuum celestium oportet considerare ex astrologia que maxime propria est ad hoc inter scientias mathematicas. ipsa namque sola inter eas speculatur de substantia sensibili eterna, scilicet de corpore celesti. Alie vero scientie mathematice de nulla substantia considerant, sicut de arismetica patet que est circa numeros et de geometria que est circa magnitudines. numerus autem et magnitudo sunt accidentia. Quod autem sint plures motus corporum que feruntur in celo, scilicet planetarum, manifestum est hiis qui etiam parum attingunt de scientia astrologie. quia unumquodque astrorum erraticorum, id est planetarum, movetur pluribus lationibus quam una tantum. Dicuntur autem planete astra erratica, non quia irregulariter moveantur, sed quia non semper conservant eandem figuram et positionem ad alias stellas, sicut ille ad invicem que propter hoc fixe dicuntur. Quod autem sint plures motus huiusmodi astrorum, tribus modis deprehenditur scilicet. Primo quia motus comprehensus a vulgo est diurnus motus, qui non comprehenditur nisi instrumentis et considerationibus. et hos motus quidam comprehenderunt longissimis temporibus et quidam brevius. Est etiam tertius motus qui declaratur ratione. quia motus stellarum erraticarum invenitur quandoque velocior, quandoque tardior, et quandoque invenitur esse planeta directus, quandoque retrogradus. quod non potest esse secundum naturam corporis celestis, cuius motus debet esse omnino regularis. Ideo necesse fuit supponere diversos motus, ex quibus huiusmodi irregularitas ad debitum ordinem reducatur. Quot autem sint motus planetarum, nos nunc dicemus ea que mathematici dixerunt, ut esse huiusmodi [illegible] ut aliqua pluralitas determinata mente accipiatur a nobis. Reliquum non quod hic non dicitur oportet quod et nos ipsos querere vel quod in hoc similiter addiscamus ab hiis qui hoc quesierunt. Et si aliquid appareat postmodum preter ea que nunc dicuntur ab hiis qui de hoc tractant, sed quia in eligendis opinionibus vel repudiandis non debet homo duci amore vel odio introducentis opinionem, sed magis ex certitudine veritatis, ideo dicit quod oportet amare utrosque, scilicet eos quorum opinionem sequimur et eos quorum opinionem repudiamus. quia utrique studuerunt ad inquirendum veritatem. et nos in hoc adiuverunt. sed tamen oportet nos persuaderi a certioribus, id est sequi opinionem eorum qui certius ad veritatem pervenerunt. ¶ Eudoxus vero etc. Et de eius solem et lunam. Ponit opinionem astrologorum sui temporis de numero motuum planetarum. Et primo opinionem Eudoxi, ibi, Eudoxus vero. secundo est quod est primum quod per se celestibus motibus attribuere intelligibiliter circularitatem et ordinationem, et [illegible]

[margin: Eudoxij po. oppinio]

[illegible] mathematice consideravit fecit per quas suppositiones possent salvari que circa stellas erraticas apparent, sustinendo quod motus planetarum sunt circulares et ordinati. Pictagorici autem quidam ad reducendum in debitum ordinem irregularitatem que apparet in motibus planetarum, ex situatione retrogradationis, velocitatis et tarditatis, et [illegible] apparentia quantitatis, posuerunt motus planetarum esse in speris ecentricis et in circulis parvis qui epicicli dicuntur. Sed hec opinionem Ptolomei prout ipse ex hac suppositione sequitur aliquid horum que demonstrantur in scientia naturali. non enim omnis motus circularis ad medium vel a medio vel circa medium mundi. Item non sequitur quod spera continens speram ecentricam vel non sit undique equalis spissitudinis, vel quod sit aliquod vacuum inter unam speram et aliam, vel quod sit ad corpus preter substantiam sperarum necesse quod non erit circulare nec habebit aliquem motum proprium. Ex positione autem epiciclorum ulterius sequitur vel quod spera per quam movetur epiciclus non sit integra et continua, vel quod sit divisibilis in rarefactibilis et condensabilis ad modum quo aer dividitur et inspissatur et rarefit aliquo corpore pertranseunte motu. Sequitur etiam quod ipsum corpus stelle movetur per se ipsum et non solum ad motum orbis. Et ex motu corporum celestium proveniat sonus, quod Pictagorici consenserunt. Sed tamen omnia hec sunt contra ea que demonstrata sunt in scientia naturali. [illegible] Eudoxus hoc videns posuit unicuique planete speras plures concentricas mundo, quarum unaqueque habet motum proprium. Et ex illis omnibus vel motibus causatur id quod apparet de motu planete. Posuit ergo Eudoxus motum tam solis quam lune esse in tribus speris. Primus enim motus tam solis quam lune est motus diurnus quo revolvuntur ab oriente in occidentem. Et hunc motum dicit esse astrorum aplanorum, id est stellarum non errantium, scilicet fixarum. quia sicut supra dictum est, nondum erat deprehensus motus stellarum fixarum qui est ab occidente in orientem contrario motui primo. Putabatur quod motus diurnus esset proprius octave spere, que est spera stellarum fixarum. Non autem reputabatur quod sola prima spera sufficeret ad deferendum omnes speras planetarum motu diurno, sicut Ptolomeus posuit. Sed ponebat quod quilibet planeta haberet propriam speram que revolveret ipsum motu diurno. Ad hunc igitur motum causandum ponebat primam speram solis et lune. Secundam autem speram ponebat ad causandum motum solis et lune qui est per medium zodiaci, qui vocatur motus longitudinis, secundum quem movetur tam sol quam luna de occidente in orientem contra motum firmamenti. Tertiam autem speram ponebat ad causandum illum motum qui obliquatur secundum latitudinem circuli qui signatur in zodiaco, prout quandoque australior, quandoque borealior videtur planeta a media linea zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis apparet et secundum maiorem diversitatem in luna quam in sole. et

[margin: 2a eudoxij]

secundum longitudinem quam in latitudine obliquatur motus secundum quem fertur luna a motu secundum quem fertur sol. Et quia linee ecliptice ponit motum latitudinis non autem soli. Posuit quod eudoxus tertium motum ut similiter plus dicit quam oportebat quia sol declinatur a media linea zodiaci versus duos polos. Et hoc suspicabatur eo quod non semper in eodem loco sol oritur in temporibus estivis et hyemalibus. Si autem in uno et eodem tempore fieret restitutio longitudinis et latitudinis sufficeret ad hoc una spera per obliquitatem maximi circuli secundum quem sol movetur. Sed quia non sic se habet, sed in alio tempore pertransit circulum secundum longitudinem et in alio tempore fit restitutio longitudinis et latitudinis, necesse fuit addere ponere tertiam speram. Hanc autem tertiam speram ponebat in sole revolvi versus eandem partem cum secunda, sed circa axem alium, scilicet super alios polos. In luna autem ad eandem partem cum prima spera. Sed nihilominus ponebant motum huius tertie spere esse tardiorem quam secunde. Sed aliorum quinque planetarum motum cuilibet ponit in quattuor speras, ita quod prima et secunda sint eiusdem rationis (?) sicut solis et lune, quia motus primus quem ponebant esse stellarum fixarum et motus secundus qui est per medium zodiaci secundum longitudinem apparet communiter in omnibus planetis. Deinde unicuique quinque planetarum ponebant tertiam speram ad causandum motum latitudinis, cuius polos esse quos revolvunt ponebant esse in media linea zodiaci. Sed quia ponebant omnes speras esse contiguas, sequebatur ex hoc quod zodiacus transibit per polos circuli maximi tertie spere, sequebatur etiam quod circulus maximus tertie spere transit similiter per polos zodiaci. Unde sequebatur quod motus huius tertie spere deferret planetam usque ad polos zodiaci, quod nunquam videtur. Et ideo necesse fuit quod poneret quartam speram in qua ipsum planetam ferri, que revolvitur in contrarium tertie ab oriente scilicet in occidentem, et in equali tempore. Unde impedit ne plus sit divertitio secundum latitudinem a zodiaco. Et hoc est quod dicit quod quartum motum stelle dicebant esse secundum quendam circulum obliquum ad medium tertie spere, id est ad maximum circulum eius. Sic igitur cum unicuique quinque planetarum ponat quattuor speras, sequitur quod quinque planetarum sunt .xx. spere, quibus si addantur tres solis et tres lune, erunt omnes .xxvi. Ita quod intelligatur corpus cuiuslibet planete esse defixum in ultima suarum sperarum.

Deinde cum dicit *Leucippus autem* etc. ponit opinionem Leucippi de pluralitate sperarum. Fuit autem Leucippus ut Simplicius dicit cum Aristotile Athenis conversatus cum eo que ab eudoxo inventa fuerunt corrigens et supplens. Posuit igitur Leucippus eundem positionem sperarum sicut eudoxus, id est posuit polos sperarum secundum ordinem distantiarum sicut eudoxus. Tamen quod ordinabat motus sperarum sic et ille. Debat (?) etiam cum eudoxo in pluralitate sperarum Iovis et Saturni, quia utrique eorum dabat quattuor speras. Sed extimabat apponendas esse speras duas tam soli quam lune, si quis velit reddere rationem eorum que apparent circa motus eorum. Videtur autem has duas addidisse speras ad causandum velocitatem et tarditatem que apparet in motibus eorum, ita quod sol habet .v. speras et luna similiter .v. Et reliquis planetis, scilicet Marti Veneri et Mercurio addebat singulis unam speram, ita quod quilibet eorum haberet .v. speras. Forte autem addebat hanc speram ad causandum retrogradationem et stationem que apparet in huiusmodi stellis. Ulterius igitur spere nominabant ferentes, quia secundum eas ferebantur ferebant corpora planete. Sed preter has ponebant alias quas nominabant revolventes. Ad ponendum autem eas hac ratione videbantur induci, quia ultima spera superioris planete puta Saturni participabat motum omnium sperarum superiorum, ita quod aliquid deficiebat a motu prime spere. Unde cum prima spera Iovis esset contigua ultime spere Saturni, ita quod aliquo modo inclusa spera Saturni, et sic non uniformiter movebitur motu diurno sicut spera Saturni. Necesse igitur videbatur ponere aliam speram revolventem ipsum ut restitueret id quod auferebatur ei de velocitate ex superioribus speris. Et eadem ratione oportebat ponere aliam speram revolventem secundam speram Iovis et tertiam speram revolventem tertiam speram Iovis. Non autem oportebat ponere aliquam revolventem quartam speram, quia motus quarte spere in qua est stella contrarium superiori debebat esse oppositus ex omnibus superioribus motibus. Sic igitur Iupiter habet .iiii. speras deferentes et tres revolventes. Et similiter alii planete habent tot speras revolventes quot deferentes una minus. Hoc ergo quod dicit quod necessarium est quod ad hoc quod omnes spere simul coordinate debeant reddere et causare id quod apparet de motu planetarum secundum quemlibet planetarum ponere simul preter superius dictas deferentes alias speras revolventes, et ad idem restituentes per primam speram cuiuslibet ordinati astri planetarum inferioris. Et sic solum contingit quod motus planetarum compleat omnia que apparent de eis. Quia igitur spere deferentes que quidem sunt Saturni et Iovis sunt .viii., cum unicuique eorum ponat quattuor speras, que vero sunt aliorum .v. planetarum sunt .xxv., quia quilibet eorum habet .v. speras. Harum autem sperarum ille sole non revolvuntur que sunt infime, in quibus ordinatur astrum. Sequitur quod revolventes priorum duorum planetarum scilicet Saturni et Iovis sunt .vi. revolventes autem posteriorum .iiii. .xvi. Sed cum post Saturnum et Iovem sint alii .v. et infimus est qui unum eorum pretermittitur, scilicet vel Martem vel Venerem, ut quod dicit posteriorum .iiii. referatur ad .iiii. superiores, ut pretermittatur luna, ut referatur ad .iiii. inconvenientes sequentes. Pretermittitur autem vel ex errore qui in dictis accidit in libris, vel propter aliquid aliud quod nos latet, quia scripta Callippi non inveniuntur ut Simplicius dicit. Sic igitur numerus omnium sperarum deferentium et revolventium sunt .lv. Sed quod de hoc potest esse dubium utrum lune et soli addende sint due spere quas Callippus addidit, vel quod utrum sint addende due spere soli ut posuit eudoxus, ideo dicit quod si aliquis non addit soli et lune illos duos motus quos addit Callippus, sequitur quod omnes spere erunt quadraginta septem. Subtrahentur enim .ii. a predictis, .iiii. deferentes due solis et due lune, et totidem revolventes, de motu quorum .viii. de .lv. remanent .xlvii. Sed attendendum quod cum supra dixit revolventes superiores posteriores .iiii. esse .xvi., pretermisit lunam, duobus remotis duobus deferentibus lune et duobus solis, non removebit .iiii. revolventes, sed solum due, si spere lune non habent revolventes. Et sic a prima pluralitate sperarum subtrahentur .vi. spere, .iiii. deferentes et due revolventes. Unde sequitur quod spere omnes sunt .xlix. Et sic non videtur quod pretermittat lunam, sed magis Martem, nisi forte quis dicat quod obliquum fuisse quod lune non posuit speras revolventes, ideo Aristoteles errorem in hoc accidisse, quod non est probabile. Ultimo igitur concludit tantum esse pluralitatem sperarum quanta dicta est.

Deinde cum dicit *Quare rationabile* concludit ex numero motuum celestium numerum substantiarum immaterialium. Et hoc tamen facit per conclusionem propositionis. Secundo excludit quandam quod possent debilitare illationem premissam, scilicet cum dicit *Nullam possibile* (?). Tertio oportet id quod positum est de substantiis separatis ad opiniones antiquas et ad opiniones vulgares que de huiusmodi suo tempore habebantur, scilicet *Tradita sunt autem*. Dicit ergo primo quod cum tanta sit pluralitas sperarum et motuum celestium quanta dicta est, rationabile est opinari tot esse substantias immateriales et principia immobilia, et tot esse principia sensibilia, id est corpora celestia. Dicit autem rationabile ut innuat hoc probabiliter concludi, non autem ex necessitate. Unde subiungit quod ipse relinquit dicere id quod est necessarium, hoc illis qui sunt fortiores et potentiores ad hoc inveniendum quam ipse esset.

Queritur et quod dicunt felicitatem homini advenire ab extra [illegible] et quidam divinam particulam operantem in homine. Et illorum opinio dubia est. Dubitatur enim quid appellent divinam particulam. Videtur enim quod deum vocent divinam particulam, vel aliquam particulam anime que causa sit virtutis, vel virtute et similitudine quam habet ad divina. Et primo quidem videtur dicere Eustratius in commento Ethicorum, quod divina particula, scilicet deus. Et hec est opinio Socratis et Platonis in libro Menonis, qui dabant quod virtutes dona deorum sunt, et quod per modum donorum a diis adveniunt hominibus. Propter quod Eustratius dicit quod ad acquisitionem virtutum orationes, supplicationes et sacrificia et ... que diis accepta sunt utilia, et operationes que frequentantur ad acquisitionem virtutis non operantur nisi disponendo ad idoneitatem qua quis idoneus efficiatur ad virtutis receptionem. Dona enim deorum non conferuntur nisi ad idoneos. Quod autem esse videtur quod minime esset quod inequaliter conferuntur hec dona a diis et inequaliter idoneis existentibus. Virtus differt secundum magis et minus. Invenitur et forte nimis idoneus alius existente: hic enim qui potiora habet priora, plures et meliores et maiores accipit virtutes ad minimum iustas, quia sicut dicit Stoica, dii omnia operantur. Adhuc autem si philosophice loqui volumus quod ex dono advenit, penitus extrinsecum est. Et ideo nos sumus virtutes innatas suscipere et susceptas virtutes per consuetudinem ... Non est actu non alterari, sed perfici sumus. Sic in toto tamen omnis res non alteratur sed perfecta est, quando suam propriam virtutem attingit. Igitur virtutes non possunt esse donum quod extrinsecus hominibus adveniat, licet nobis obiciatur de virtutibus infusis a deo quas theologia predicat et laudat. Dicemus quod ad nos quia iam de theologicis sed de philosophicis disputamus. Si vero dicatur divina particula esse illa que ex luce divina in ymagine intellectualitatis dicitur constituitur, que magis lux intellectualis quanto magis a primo fonte lucis distat, tanto magis obumbratur et magis corporea et materialis efficitur et coartatur et permixta; et quanto magis ad primum fontem lucis accedit, tanto efficitur simplicior et virtuosior et purior. Sicut superius diximus quod in se similia est et impressa nobilitate magna alia excellentibus suis luminibus. Ex [illegible] facit ex instrumentis plus suam facit ymaginem et in ultimis resonantia obscurior. Et in omnibus huius ipsum lumen intellectuale forte est et forma ... omnium et virtute et forma omnia alia perficiuntur secundum analogiam. Et quod in dicendo divinam particulam intellectus agens divina particula est, non quia sit pars ... et tamen divina sed per participationem perficiuntur et virtutis et analogiam recipit ymagines ad

perfectionem quod omnis est causa efficiens et formalis per aliquem modum. Hec divina particula ex separatione libera est et felicitatem causare divinos virorum actuum. Et ex hoc quod divina est formalis est ad esse, et tunc esse divinum et celestissimum est quod hec omnis virtutes causa est in nobis. *C. vii. utrum per fortunam adveniat felicitas et quid sit fortuna.*

Non nulli autem fuerunt qui dixerunt virtutem per fortunam advenire hominibus, et per hoc felicitatem, propter quod oportet scire quid sit fortuna. Quidam enim philosophorum dixerunt quod fortuna et casus sunt de numero causarum per accidens. Hec quidem verum est, secundum quod fortuna et casus ad effectum referuntur, quia effectum eorum eveniunt preter ordinem naturae et intentionis per accidens, quod vel intendentia agentis vel naturae. Nos autem quaerimus de fortuna quid sit, secundum hoc quod dicitur quod fortuna convertitur ad eufortuniam vel infortunium. In hac autem acceptione quid sit fortuna determinare tamen oportet. Sciendum quod omnia esse vel sunt ex necessitate vel frequenter vel raro, vel que ut nunc hoc est equaliter. Et natura sunt vel sunt ab intentione, et dicuntur esse ad propositum vel ad constellationem vel fatum vel fortunam. Semper autem sunt et ex necessitate sicut que perpetuitatem habent, sicut eclipsis et cursus et motus stellarum. Frequenter autem sunt que in generabilium et corruptibilium ex hiis que sunt semper [illegible] eveniunt, cum alia interrumpuntur, sicut florent arbores in ascensione solis et accessu, et fluxus foliorum et casus fructuum in descensione solis et recessu. Raro autem sunt que in paucioribus eveniunt, sicut ex fossione sepulchri et invento thesauri. Equaliter autem sunt que equaliter se habent ad esse et non esse, sicut in omnibus anime operibus. Ordinatio enim aliter operatur, preter non operari, sive sit aliter sensibile sive aliter rationale. Equaliter enim se habet ad operari et non operari. Ab intentione et proposito sunt que ex consilio in voluntate ordinem habent ad bonum et dispositionem. Fatum autem vocatur quod Greci vocant hymarmenen, ad quod tale in positione celi pendet: enim hic quod frequenter est ab eo quod est semper, quamvis deficiat ab ipso, et id quod equaliter pendet ab eo quod est frequenter. Sic casum accidit. Id autem quod raro pendet ab eo quod est equaliter, et hoc convenio dicitur ab eo quod est prima causa per omnis convenientia motorum et mobilium, tamen impassibilibus quam impassibilibus et invariabilibus usque ad proximas et propinquas causas que sunt in centro autem quod generandum est. Hoc quod colligatio causarum a primis autem ad proximam vocatur hymarmenes, ideo quod fatum in latino, unde Boetius in libro de consolatione philosophie: fatum quod Greci hymarmenen vocant Latini. In positione causarum dicitur, et ideo fatum dependentia est inferiorum ad superiora. Fortuna autem est quod ex omni stellarum positione nata adherentia et hic in [illegible] vel in ipso. Ex omnibus enim huius qualitas illis nato inmittitur que vel constituunt ex primis illis constitutionibus ipsius, quia hec omnia circulis celi et circulus activorum et passivorum secundum se et quaquibus circulus naturalitatis ex xii circulis corporis obliqui vel recte et circum nativitate deducit. Propter hoc fortuna circa eos huius valde

variabilis est, quibus enim circulorum xii. iiii. et xii. ultimus dividitur, signa ducit ipsum respicientia et quod omnes signorum v. modis respiciat centrum nati in aspectu vel in recte secundum radiationes oppositionis coniunctionis quadrati, trigoni et sextilis. Et adhuc autem divise in quolibet circulo sunt partes fortune et gaudii et punctorum, propter que omnia nata est fortunam esse valde variabilem. Sic enim dicimus fortuna est qualitas adherens nato ex omni causarum impressione a primo movente usque ad ultimum motum quod est centrum nati. Et hoc si ex fautis sit ad aspectum secundum philosophos natus habebit positionem felicem. Si autem ex infaustis sit ad fautem habebit in positionem contrarium constellationis. Et fatum et fortuna differunt, licet in eisdem sint subiectis et ab eisdem causis. Fortuna enim est secundum quod adheret nato, fatum autem eadem qualitas secundum quod intuetur impressione causarum est fusa. Constellatio autem secundum quod est in primis motoribus et a primis motoribus per distantias circulorum et domorum angulorum et respectum et aliorum que in circulis continentur est certa. Unde una qualitas est in constellatione et fato et fortuna variata secundum esse. Et hoc modo accepta fortuna quidam fortuna felicitatem esse ponebant, et ideo dicebant fortunam esse theicen, id est divinam. Sed nec hoc esse non impossibile, divinum enim hominis per ordinationem superius sicut dicit Ptolomeus dominatur fortune et fato et constellationi, propter quod cum felicitas sit opus est intellectu hominis libere procedens, non videtur esse hoc genus de fortuna. Adhuc autem quod dicimus quod intellectus agens sit perfectus ymago est lucis intellectualis, et secundum hoc nec constellationi nec fato nec fortune subicitur, sed an omnia hec est per ipsum. Et si constellatione vel fato vel fortuna [illegible] utitur. Hoc non est tamen magis est inmaterialis, et hoc est per aliud et per accidens, ut dicit Ptolomeus in libro qui arabice alarba, latine autem quadripartitum vocatur. Cum igitur felicitatis operationes ab intellectu sunt, secundum quod liber est, et non abicitur in vinculis constellationis vel fati vel fortune, penitus irrationabile est felicitatem reducere ad fortunam sic ad causam. Et convenit tamen hanc opinionem in sequentibus disputabimus. *C. viii. quod ex hiis que dicta sunt ostenditur quod felicitas sit de numero divinissimorum.*

Respondeat autem autem ostendere divinissimorum quod etiam secundum Stoycos quod per se virtute felicitas est de numero divinissimorum et optimorum bonorum. Si enim dicamus secundum Stoycos quod et felicitas et alia quedam deorum dona sunt data hominibus, rationabile est felicitatem dei donum esse. Sic enim bonum hominis in se bona est, quia dei dona sunt, et maxime felicitas dei donum est, quanto quidem omnium humanorum optimum est. Sed tamen de hoc tractare magis proprium est alterius perscrutationis, theologice enim perscrutationi vel methaphisice ad ultimam partem sui perscrutari oportet de hiis. Si autem non dicamus dei donum esse vel a deo immitti hominibus, sed dicamus secundum alias opiniones quod propter virtutem et quandam disciplinam vel exercitationem hominibus

advenit, adhuc oportet quod de numero divinissimorum esse probetur, quia illud optimum esse videtur et divinum quod terminus quod virtutis primum est et finis. Quilibet enim in philosophicis diximus quod honor est primum virtutis, et premium est de primo quod habet in [illegible]. Propter virtutis dignitatem premium autem ad quod contendit virtus est felicitas, et stat contenta non requirens aliquid ultra. Felicitas est in quo ipsa est in summo superperfectionis et sufficientie. Cum igitur virtus divina sit, ut dicit Socrates in Phedrone, illius operis unus qui dii vocantur nos conformet ad quod primum eius est et summum divinum est ipsa virtute et omnibus novorum divinissimum. Hoc est dictus summum propter quod et erit multum utique commune. Possibile enim est quod hic bonum hominibus existat per quandam disciplinam et studium que non sunt orbati ad virtutem. Ex quo enim deorum donum non esse ponitur sed per quandam disciplinam, in qua scilicet scientia vel sapientia est, et per studium frequentis operationis generatur in homine, magis assuescibile bonum est ab omnibus adquiretur studium et disciplinam apponentibus. Hoc autem omnes facere possunt qui non sunt orbati ad virtutem. Orbati autem ad virtutem sunt qui ex destitutione intellectus et rationis capaces virtutis non sunt, sicut moriones et fatui. Sed tamen ad hoc intelligendum sciendum est quod felicitas in tempore dicitur scilicet simpliciter et secundum comparationem simpliciter autem dicitur duobus modis scilicet secundum esse et posse. Secundum esse quando secundum quod in se et secundum quod in seculo ... consideratur scilicet secundum quod ipsa omnium bonorum est optimum perfectum per se sufficiens aliunde non mutuatum. Et adhuc autem secundum quod est hoc secundum ... ut homo est secundum rationem, sic perfectissima virtute ab homine possessum, secundum vitam perfectam per se delectabile, non adventitiam habens delectationem, pulcherrimum, desideratissimum, delectabilissimum. Hec enim omnia habet in esse sua. Secundum posse autem sic est status omnium bonorum congregatione perfectus exteriorum scilicet et interiorum, sive civilium, sive contemplativarum, sive organicorum sibi subvenientium. Et utrumque istorum modorum dicitur duplex, scilicet secundum habitum et facultatem, vel secundum actum et operationem. Et secundum habitum quidem et facultatem omnibus potest convenire non orbatis ad virtutem, secundum actum et operationem in certis consideratis felicitas omnibus convenire potest ad virtutem non orbatis. In posse a suo considerata secundum actum et operationem non convenit nisi uni qui est urbanitatis ordinator et ad quem omnia alia ordinantur secundum analogiam. Secundum comparationem autem dicitur felicitas tripliciter, secundum quod [illegible] ad felicitatem. Aut enim participant ordinans in felicitate ordinans que ut civitas, et sic felicitas dicitur concupiscibilis et naturalis que in tantum felicitate participant quantum participant ratione, ut dicit Eustratius. Aut participant virtute que ornata est in felicitate, et sic dicimus virtuosos felices vel actu vel habitu. Aut participant organice deservientia ad felicitatem, sic dicimus amicos felices vel artifices vel divites.

[illegible]

fortune supponitur. ·C· ix· quod dicit de felicitate

Hec concordant a principio dicti et quod beatitudinem et pu

Hic autem declarando non sunt felicia.

de felicitate. ad quae de felicitate dicta sunt

[illegible]

tatem ·C· x· de opinione solonis utrum sit ve[ra]

Si autem ponendum est ita ut dicit solon quod ultimum

finem inspiciendum sit quae si feliciter attigit

homo felix sit et an non sit dicendus felix quousque vi

quibus felix est cum moriatur. [illegible]

[illegible]

·C· xi· utrum prosperitates et adversitates aliquo modo refe-

rantur ad mortuum secundum felicitatis rationem

Hec tamen quae dicta sunt [illegible]

[illegible]

transmutationes accidere circa filios et amicos. Contingit
hos quidem ipsorum bonos esse et potiri vita secundum ho-
norationibus et prosperitatibus, quae est secundum dignitatem
ipsorum. Hos autem contingit in contrario, quia scilicet vel
mali sunt, vel si boni sunt forte secundum dignita-
tem vitae eorum honorationibus non prosperantur.
Et iterum etiam contingit filios et nepotes se
habere ad parentes secundum multas dissimilitudines dissen-
siones. Et tunc ex utraque parte videtur inconveniens. In-
conveniens enim videtur si cum transmutationibus fi-
liorum et amicorum simul se transmutet mor-
tuus ad sensum tristitiae vel delectationis, quia
nullum sensum habet, et quod tali transmutatione
aliquando quidem fiat felix succedentibus prosperis et
rursus fiat miser succedentibus adversis. Si autem non di-
camus transmutari mortuum ad bona vel mala quae
eorum contingunt, inconveniens obviabit, quia quod ea quae circa
filios sunt secundum effectum non superveniant parentibus secundum aliquem
vel quantum tempus est dictum contra pietatem quae praecipua
virtutum est. Impius enim est cum in nullo tempore bona
et mala non superveniunt quietorum. Tunc hanc quaes-
tionem ad praesens dimittimus, et ad primam redi-
mus qua quaerebatur si finis mortis in iudi-
cio perfectae felicitatis esset inspiciendus, quia si
illud solvatur, solutum erit cum illo et quod nunc quae-
situm est. Si enim utique secundum Solonem oportet finem videre et tunc
beatificare unumquemque non beatitudine qua nunc existat
beatus cum mortuus est, sed beatitudine qua prius e-
rat beatus, quae sine interruptione usque ad mortem
continuata est, qualiter non iudicabitur valde in-
conveniens, si quo tempore quo felix est et felicitate operatur
non vere dicatur felicitatis modo existere, sed in morte
quando extreme scilicet iacet in felicitate vera et perfecta
dicatur eius felicitas. Causa autem dicti quare hoc dixit Solon
fuit, quia vidit quod felicitas est de numero permanen-
tium, et non secundum utilitatem suam in esse non potest transmuta-
bilis per transmutationes quae contingunt fieri in
ipso. Dicimus enim felicitatem nec quasi transmutabi-
lem. Fortunas autem multorum multotiens videmus
revolvi circa eosdem, et ideo verum est quod si sequimur fortu-
nas, ita quod dicamus fortunas esse de esse felici-
tatis, eundem hominem multotiens dicimus esse felicem et rur-
sus miserum, et hoc multotiens fit circa eundem. Si autem
sic dicatur, dicemus felicem debilem firmatum in prin-
cipiis felicitatis, sicut sit camaleontem ad omne ac-
cidens variabilem. Camaleon enim animal est in medio
[illegible] vel in formicis quas devorat. Ad omnia
autem alia ita mutabile est quod [illegible] coge-
lato spiritu sensum amittit et motu et colore
variatur ad omne quod tangit ipsum. **Capitulum xij. de**
Hic dicimus quod quaestionem solvet **solone inducte**
dicamus quod in dictatione felicitatis **quaestionis.**
fortunas sequi quidem neque quod rectum est, quia in
fortuniis non bene vel male est secundum modum virtutis, sed
humana vita quae est in conversatione hominum ad in-
vicem, huius quae fortunae subiacent indiget.

quando diximus. Hoc est congruum ad nostras declarationes
opiniones dum sunt felicitatis, et continentiae opiniones ad
contrarium. Eorum autem dicamus virtutum operationes esse dominas, si
intelligimus quod supponantur eis sicut dominis suis
vel directores sunt in bonorum et pulchrorum possessione quae ipsa
felicitas quae status et actus est omnium bonorum congre-
gatione perfectus, sed cum ea fuit de bene de ut dicit Boethius scilicet
[illegible] et cum [illegible] quae est pulchrorum et bonorum perfecta et omni-
moda possessio et in iure suppositum ex suppositione autem est continen-
tia rectorum, ne ad vilia et similia declinet. Virtus
unum solum de his habet scilicet continentiam ne declinet
id quod sortitum est. Continet enim virtus potentiam operativam in qua
est ne declinet ad similia et operatio in sua bene
continue conformet continentiam ipsius quod custodiens dicit quod
virtutes dominae sunt, sicut a quibus est motus a quo enim
motus est, primum enim in quo est potentia habet ad quod est motor
et unum sunt in forma, sed divisum sit esse forma illius
quia ad esse [illegible] in potentia, et aliud est esse existens in
actu. Et secundum [illegible] salvatur in operatione fe-
licitatis. Hoc enim non est dominum felicitatis virtus et non alio-
nis. Verbum autem dicit Boethius in quo dicit quod sit pertinens ad
dominium est illud. Dominium enim est non rectorum exercitium tan-
tum, sed et omnium et pulchrorum et bonorum perfecta et omnimoda
possessio et in continendo rectos illa et non cadere va-
lens fortitudo. Sic ergo virtutes dominae sunt felicita-
tis, et hoc sunt in continendo potentiam operativam ne
dilabatur ad infirmius se, sic ad eam et tribulatum redu-
ci non possunt. Fortuna enim infirmior omnibus est et varia-
bilior. Quia virtutes virtutum operationes, et in quibus fe-
licitas quae operatio est secundum virtutem perfectam fortunae non
subiacetur. Testatur autem huic dubitationi et quod nunc quaesi-
tum est. Hoc est verum fortunae variationes variare
felicitatem. Circa nihil enim humanorum operum tanta ex-
istit constantia quanta est circa operationes quae sunt secundum vir-
tutem. Illae enim permanentes esse quam disciplinae quae
ex necessitate [illegible] principiis operationum autem vir-
tutem quae honorabilissimae sunt permanentiores et
continuatiores eo quod ipsi beati secundum omnem usum vitae
maxime vivunt multum. Hoc enim est causa quare est tales
operationes non sit oblivio. Cum enim permanentia
rei sit duobus modis, scilicet secundum se et secundum quod est in suo
de permanentia rei secundum se, hoc est in esse quo quod
res ex suis essentialibus pendet principiis tamen quo-
rum permanens est, quia sic est sumptum acceptum a
se habere non valens. De hoc autem modo permanen-
tiae felicitatis nos ergo non loquimur. Hoc enim inutile
esset et vanum, quia [illegible] esset, sed loquimur de
permanentia felicitatis in modo quo causatur ex
immobilitate voluntatis et appetitus ad honesta-
tem. Est enim duplex necessitas et est duplex immobilitas,
sicut dicit Boethius in v de consolatione philosophiae. Una enim neces-
sitas est simplex, sicut quod [illegible] est [illegible].
Alia autem est necessitas suppositionis, et haec est quae sup-
posito aliquo necessitatem habet, sicut cum video te
currere vel ambulare, necesse est te currere vel
ambulare. Et haec est necessitas quae vocatur conditionis et

[illegible] conditionis, et sic est immobilis felicitas. Si enim ex amore vir-
tutis aliquis immobilem habet affectum et intellectum ab
honestate, de necessitate honestum operabitur et ho-
nestus erit. Dicit autem est in [illegible] quod auditor
habet scientiam postquam ex amore honestorum acquisierit quod ex
persuasione dicentis docentis non aliquid quod tale consensum.
Ille enim magis ad mores proficiat quam proficeret scientia demon-
strationis et si demonstrationem accipere posset. Consensus ex
amore honestorum tanto immobilius honestum ad-
haeret quanto ipsa honesta sunt meliora et honorabilio-
ra. Honestum enim est, ut dicit Tullius, quod appetit et sui vi
nos trahit in sui consensum et appetitum et [illegible] et utili in
nos alliciat. Unde quanto aliquid honestius erit, tanto
plus trahit et allicit in sui recordationem et operatione.
Saepe enim videmus quod tale aliquid quod in se totum [illegible]
et affectum trahit et nolentem ad sui recordationem et
contemplationem et affectum et delectationem compellit. Sic
est in amore [illegible] qui ad insaniam timore de-
ducit, sicut dicunt hii qui in medicina scripserunt. Sic ergo
hoc sic se habet. Magnum bonum probabile fit se habere ut ex amo-
re honestatis honestas immobilis fiat ab effectu, ut
scilicet felix ab amore optimorum continue felix optimorum
recordetur et omnia sciencia ad haec recordatur per inquisi-
tionem et dispositionem, et non tamen ex voluntate faciat sed ex
necessitate et totus suppositus fiat [illegible] propter quod quia
optimum semper redit ad memoriam felicis et per memoriam
est maxime et operatione [illegible] non incidat oblivio. [illegible]
[illegible] autem [illegible] in principio [illegible]
[illegible] in disciplinato magis tale habet quod [illegible]
[illegible] ad sui recordationem et non [illegible] postponunt [illegible]
[illegible] autem in oblivionem deducuntur quod optimo et ho-
nestissimo ex [illegible] boni quod [illegible] affectum [illegible] non
potest, et ideo continue trahit animum in sui memoriam re-
cordationem. **Capitulum xiij. quod felix propter immobilitatem felicitatis ma-
xime operatur bona vitae et fortunas fert decenter.**

Secundum dictum autem hoc quod quaesitum est, scilicet quod immo-
bilis sit felicitas et non facile amissibilis, inqui-
rere de felici, quia felix per totam vitam talis erit,
semper vel frequenter. Vel omnis operabitur et speculabitur
ea quae sunt secundum virtutem ad felicitatem ordinata [illegible]
[illegible] quam [illegible] et ille est qui [illegible] fert fe-
optime et utique in moribus quaeque [illegible] se habebit sicut
vere bonus et tetragonus sine vituperio, quod enim iste in
[illegible] operatur secundum virtutem, cum erit [illegible] honestorum
et pulchrorum. Supponitur enim impossibile fieri esse ab hone-
stis et pulchris. Honestum autem sic immobile in affectu
[illegible] decentissime fert fortunas [illegible]
in prosperis elevetur virtutis [illegible]
adversis deiciatur a virtute excidendo, sed in omnibus se
optime habebit sicut vere bonus. Hoc est vere bono virtutis
informatus et tetragonus ad virtutem. Tetragonum
autem vocamus non in figuris quae non in omni latere
fuerit iacent, quia in figuris tetragonum superficiali
positum indivisibile iacet et facile [illegible]. Tetragonum
autem in genere corporum erit, quod in mobili tetragonum. Et
est quod [illegible] diametrum quadratum est longum, scilicet lati-

tudinis profundi ad angulum rectum linea latitudinis stan-
te super lineam longitudinis et ad angulum stan-
tem linea profunditatis. Stante scilicet latitudinis
et longitudinis, et hoc vocatur cubica quae [illegible]
latere equali iacet firmitate, sicut felix
in usu eufortuniorum et infortuniorum. Quidam
[illegible] quod tetragonus dicitur quattuor [illegible] lata [illegible]
[illegible] et inter eas tota humana conversatio concluditur,
sed quia [illegible] metaphorice est et metaphorice lo-
[illegible] dicit [illegible] in vi Topicorum, peccant in problematibus,
et ideo de hac ratione non multum curamus. Tetrago-
nus est ergo per primum modum et sine vituperio, quia propter
immobilitatem honestatis ad affectum [illegible]
[illegible] quae differunt magnitudine et parvitate. Tum
in prosperis quam in adversis [illegible] parva quidem prosperitas
[illegible] autem et parva adversitatis opportunitas [illegible]
[illegible] [illegible] inclinationem vitae in eo quod
felix est quae [illegible] quod obducat vel abducat
rationem vel affectum ab honestorum voluntate et operatione.
[illegible] magna et multa fuerit, et [illegible] fuerint bona prospere
succedant decentiorem faciunt vitam, quia ad mi-
nisterium bonorum operationum organice deserviunt et
ad usum succedentia condecorant virtutis [illegible]
[illegible], quia usus eorum bonus et studiosus
fit. Ubi enim ad virtutem refertur, et si ad virtutem
non referatur abusus est. Contraria autem accidentia
quae fortunam [illegible] quae [illegible] continentiam vitae [illegible] movent
[illegible] et [illegible] fiunt. Tribulant quidem et con-
turbant bonum, sed non sic quod excidant a virtutis bono
qualiter contingant [illegible] ducunt nec abdu-
cunt, sed tamen sensum tristitiae inferunt. Talia enim ex
sui [illegible] tristitias inferunt et impediunt fe-
licem a multis operationibus quas faceret, si [illegible]
[illegible] sibi [illegible] prospere succederent. Attamen
et in his refulgeret bonum honestatis, quia
[illegible] felix utique fert faciliter et decenter fert multa
et magna infortunia, non per [illegible] quae virtute
et hoc quidem quod fert infortunia non est propter dolorem in
sensibilitate, sicut fatuus et asinus equaliter sunt
in eufortuniis, sed equaliter fert felix infortunia
[illegible] et magnanimus. Dicit enim [illegible] vir sine
[illegible] [illegible] fortunae insultus. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. Sine enim in-
[illegible] [illegible] non elevatur sine [illegible] per ad-
versa non deprimitur, et sic nunquam destituitur a regula
rationis et honestatis, sicut quidam sapiens dicit quod
magnus est cui dignitas [illegible] si accidit non [illegible]
minor est illo qui incidens in adversa non excidit
vel [illegible] a sapientia. Magnanimitas enim est virtus
animi hominis magna complere faciens. **Capitulum xiiij. quod fe-**
Si autem sunt **lix ad infelicitatem non transmutatur.**
operationes dominae vitae, quemadmodum diximus,
nullus utique beatorum fiet miser. Nunquam enim aget
odibilia et mala. Mala quidem mitescere in [illegible] odibilia
[illegible]. Enim existimamus felicem vere bonum et sapi-
entem decenter ferre fortunas et tale in esse quod ex

presentibus in quibus habet facultatem sicut [illegible] qui agit secundum optima operatur. Et inde bonum ducem dicimus qui presenti exercitu sibi assignato utitur optime et maxime bellicose. Et quemadmodum coriorum incisorem dicimus esse optimum qui ex quibuslibet assignatis sibi coriis optimum calciamentum facit sicut quod inde fieri potest. Eadem ratione et de aliis artificibus omnibus dicimus optimos quia assignata sibi materia et instrumentis optime sciunt uti ad finem artis inquantum materia est quod operatur et instrumentum per quod operatur permittunt. Et hec duo exempla possumus dicere. Dux enim exercitu utitur pro instrumento. Calciator autem utitur corio ut materia. Si quidem dux in acie habet milites strenuos in armis et [illegible] bene instructos, non multum laudatur dux si talibus sciat uti ad victoriam. Sed si [illegible] habet exercitum de mediocriter instructo milite, qui sciat exercitum inducere ducens, quod scilicet strenuos in capite ponat, exercitus et minus valentes postremos ut saltem pro timore et continendo teneantur audaciores, ne acies dissolvatur, et sic quod omnem exercitum ex quorum [illegible] optime ordinare sciat ad victoriam, bonus dux vocatur. Similiter et calciator non bonus dicitur qui de optimo corio facit calciamentum bonum, sed ille laude dignus est qui de quolibet corio sibi assignato sive bono sive malo mediocre faciat calciamentum quod inde fieri potest. Similiter et felix qui omnia habet que communia sunt felicitati et in nullo aliorum deficit. Si fortuna ad votum sibi non succedunt non propter hoc infelix est dummodo presentibus secundum facultatem suam exterioribus quibuscumque utatur ad finem humane vite. Felix autem sic agimus propter communia felicitati. Ex quibus et fortuna felix est et ex quibus omnibus exterioribus bene utendi facultatem [illegible] pervenit.

C. xv. quod felicitas [illegible] in exterioribus [illegible] felicitas vita ante mortem.

Si autem ita est ut diximus ille qui miser est nequaquam fiet felix, nec ille qui beatus est permutatis fortunis incidet. Eo quod felix non est varius ut camaleon, nec facile transmutabilis est eo quod ad bonum indissolubilem intellectus et affectus habet conversionem propter virtutem [illegible] non habeat ad faciendum bonum. [illegible] quod talem habet virtutem ad bonum sicut in [illegible] est. Et si dicamus felicem qui in nullo deficit [illegible] felicitatem et exterioribus optime utitur et habundat. Adhuc ille talis non facile movebitur ex felicitate, nec permutabitur in exterioribus [illegible] ex quibus infortuniis que contingentibus casus [illegible] accidunt. Talis enim felix et dignus est quod sibi nunquam non [illegible] et amicos et potentiam habet [illegible] sibi suffragantia ut moveri non possit et divitiarum copia suppetit ei quibus et organis bene [illegible]. A parvis et mediocribus quidem infortuniis [illegible] ab exteriorum prosperitate. Sed potius a magnis et multis et talibus que [illegible] moventur. Et ex talibus infortuniis que utique violentissima sunt in parvo tempore non utique fiet rursus felix quia ex talibus infortuniis nemo cito resurgit. Et non si quando fiat rursus felix in multo quodam et perfecto tempore fiet in tanto scilicet in quo possit fieri hujusmodi magnorum et bonorum que ante amiserat. Felix ergo in solis communibus felicitatis consideratus in vita ante mortem vere felix est absque appositione mortis. Felix etiam qui cum omnibus felicitatis exteriorem habet prosperitatem. Item vere felix est ante mortem non prejudicat ei quod aliquando magnis [illegible] infortuniis, quia tunc non cadere in exterioribus et tenuit omnia que ad felicitatem sunt [illegible] ex quibus facultatem habet et exterioribus optime utendi. [illegible] pluribus invenitur et ante mortem dicere felicem qui perfecte operatur secundum perfectam virtutem. Non enim felicitas tota solvitur in eo [illegible] ante mortem [illegible] si addamus dictis bonum est qui exterioribus bonis sufficienter ditatus est et hanc interiorem et exteriorem felicitatem non habet in contingenti [illegible] parvo tempore, sed habet eam secundum perfectam vitam in qua scilicet et sui corporis fuit et sui spiritus ordinator et exteriorum administrator optimus, adhuc ille talis felix dicetur et ante mortem. Perfectam enim vitam dicimus tempus vite in quo homo sui spiritus constituitur ordinator et [illegible] exteriori tutore et patrono non indigens. Et sic Solon [illegible] non bene dixisse quod felix non vere dicatur ante mortem, quia et si apponendum sit quod vere felix feliciter victurus sit et vitam [illegible] secundum bonum [illegible] eo quod felicitatem dicimus esse finem et omnino omnimode perfectum bonum, quia ignoramus quid eveniat in futurum, eo quod futura immanifesta nobis propter tale dubium futuri [illegible] quod sic futurus sit felix quia aliter felicitas non esset perfectum bonum omnino et omnimode. Tamen adhuc non oportet quod mortem expectemus vel post mortem aliquis primo felix esse dicatur, quia de vivo justissime dicemus quod felix sit ista conditione adiecta, si felix sit futurus. Nec [illegible] addimus nisi quia felicitas omnino perfectum bonum ponitur et omnimode quod perfectum non est nisi omnia [illegible] que ad esse et posse que [illegible] et omnimode bonum non erit nisi cum esse et posse omnia adiungantur que faciunt ad felicitatis [illegible] tionem [illegible] quo principium est quod felix presentem vitam concludat. Quia quod autem nos diximus quod felix non facile mutatur ad infelicitatem maxime dicimus propter dictum stoycorum qui dicunt felicem et sapientem [illegible] vere bonum [illegible] immutabilem esse eo quod non cadit perturbatio in ipsum. Quod quidem probat rationibus potissimo quarum prima est quia cum anime [illegible] passiones est passio [illegible] non perfecte. Sed autem anima ex passionibus est in [illegible] studio bonum ad impassibilitatem deductus [illegible] non perturbatur. Propter quod dicit Sap. non contristabit justum quicquid acciderit ei. Secunda ratio est quia beatus in se [illegible] integrante. Nec purgatoria virtute utitur sed virtute purgati animi et si aliquam utitur virtute exemplaria ad alium utitur et non ad se ipsum. Virtus autem animi purgati non in passionibus est nec medium passionum. Virtus enim [illegible] summo est. Summum autem animi non est in affectu passionum sed [illegible] procul a passionibus attingit. [illegible] virtus [illegible] est felicis ne perturbationibus incidat sicut et philosophia ad Boetium dicit talia contuleramus arma que nisi prius abiecisses [illegible] non posses. Tertia ratio est quod felix totus est sanus tam in affectu quam in ratione, quia aliter felix non esset. Et totus in [illegible] constitutus nichil [illegible] capite, et nichil bonum reputans nisi sapere in bonorum. Sic ergo bonus [illegible] tus non perturbatur. Si de contrariis [illegible] exteriora nichil reputans nisi in usu ad bona et honesta. Sic ergo ad actus operum contrariorum non est susceptibilis. Nec per intellectum nec per appetitum neque ergo perturbatur quia non nisi de malo perturbatur et hoc incidere non potest [illegible] virtutem habens ad bonum. Virtutem autem dico supponens non simpliciter [illegible] ita bonum esse quia sicut ex omnibus supra habitis constat felicitas opus est perfectum secundum perfectam ac virtutem non impeditam. Operatio enim non impedita est quia nullo contrariorum retrahitur impedimento quod a destructione [illegible] retrahebatur operatio et imperfecta sit operatio felicitatis non erit. Omnis autem operatio impedita et retracta est que est in passionibus. Ergo felix in nulla operum passionibus molestatur et retrahitur. Sicut autem perturbatio nisi a passione, felix autem in nullo perturbatur. Quarta ratio est quod felicitas est secundum perfectam virtutem. Perfecta autem virtus est cui nihil deest. Virtutem autem [illegible] passiones [illegible] est de ratione virtutis. Ex quo enim moderatur contrarias passiones constat quod passiones [illegible] non tollit. Ergo bonum quod se separata et impassibilis est ad summum sue virtutis non conducat nec perficiet. Similiter purgatoria virtus qua utitur politicus passiones quidem ordinat in quibus. Ergo nec illa est in summo bonitatis que per sui [illegible] impassibilis est perfecta. Ergo virtus non est nisi que omnes ex passiones [illegible]. Felix ergo ex passiones est et non turbatur et si aliqua obviant quod omnis homo dummodo mutabilis est eo quod fortuna volubilis et natura instabilis in uno statu non permanet. Felix autem [illegible] mutabilis est et in summo est et dicit Lucanus summisque negatum stare diu. Dicimus ad hoc [illegible] quod felix quidem magnis infortuniis tangatur ad sensus immutationem sed non usque ad rationis ductionem vel deductionem. Dicitur enim [illegible] quia per sensum appropinquat. Deducitur autem quando omnino suo regimine destituta in malum precipitatur. Et hec satis patent per supra dicta.

C. xvi. de [illegible] eorum que dicta sunt contra Solonem.

Si autem ita est ut diximus tunc vere et [illegible] dicemus esse beatos viventes quibus existunt et existerent in futurum que dicta sunt et non oportet quod mors expectetur ut tunc vere beati dicantur. Tales autem dicamus bonos ut homines quibus non competit supercelestis beatitudo et divina. Quia ad [illegible] homo non potest ex hiis que homini sunt [illegible] que existit homo [illegible] que conveniunt secundum perfectam virtutem. Sicut autem se habet virtutum [illegible] ad unum sic se habent virtutes. Constat autem quod id quod [illegible] est [illegible] sicut suasibile et obedibile perfectum in [illegible] non est. Virtutes ergo que [illegible] in illo perfecte virtutes non sunt. Loquimur enim de virtute hominis inquantum homo est. Justicia autem ordinans est communicationes ad alterum et distributiones et in [illegible] in hiis scilicet que organice desunt. Et illa perfecta virtus non est in bona hominis [illegible] quod homo est. Et quia nec temperancia nec fortitudo nec justicia perfecta hominis non est inquantum homo est, relinquitur quod prudencia est perfecta virtus hominis inquantum homo est. Hec autem taliter probatur. In omnibus autem formans et ordinans perfectum est, formatum autem et ordinatum imperfectum est ex se ipso. Formans autem et ordinans in quibus prudencia est, quoniam autem et temperancie et fortitudinis et justicie formant et ordinant et disponunt per prudenciam. Prudencia ergo perfectior est. Adhuc in quibus perfectum non est cui omnia [illegible] ordinandum et disponendum ad optimum sive [illegible] sint civilia sive [illegible] sive organice sive in exterioribus sive interioribus. Temperancia autem pauca de hiis [illegible] et fortitudini scilicet que vel ad voluptates vel ad timores pertinent et audacias. Justicia autem [illegible] pauca exteriorum [illegible] in quibus perfectionibus habent. Sola autem prudencia omnia contemplatur et regit et ordinat. Sed quod ad humanum bonum refertur ergo ipsa sola est perfecta virtus hominis inquantum homo est. [illegible] manifestis declaratis [illegible] hominis est [illegible] virtutes maximum bonorum erit secundum maximam et principalissimam virtutem [illegible] de necessitate quod operatio que est felicitas sit secundum virtutem que dicitur prudencia et hoc non est contra dictum Tullii libro de officiis ubi dicit quod justicia principalissima et maxima virtutum sit, quia cum ad communicationes [illegible] necessaria sit justicia, tamen in ratione virtutum non principalis est nec maxime virtutum hominis inquantum homo est. Similiter quod dicit [illegible] quod fortitudo principalis virtus dicatur, quia illa est circa summum periculi humane non est contra hoc que dicta sunt. [illegible] quoddam summum est et summum [illegible] hominis ut homo est. Est enim summum vigoris et roboris et aggrediendi vel sustinendi pericula quod non est hominis ut homo est. Quin immo [illegible] convenit virtutem in qua civitate convenit homo cum quibusdam brutis sicut cum leone. Sicut et [illegible] alii in qua temperancia est cum turturibus habet convenientiam, et in [illegible] in quo [illegible] est ab [illegible] non multum [illegible] convenit homo [illegible] est in qua civitate homo convenit cum apibus que inter omnia alia equabiliori et pulcriori vivunt conciliatione et distributione tam in acquirendo quam in acquisita distribuendo. Prudencia autem [illegible] nullam [illegible] et non in ratione boni hominis ut homo est ipsa sola. Et virtutes [illegible] obtinet et dignitate de hiis quidem [illegible] in tantum dictum sit.

C. xvii. de [illegible] fortune amicorum redundet ad felicitatem amicorum

Prosperitatum autem fortunas et bonum amicorum penitus nequaquam conferre et nullo modo redundare ad felicitates parentum et [illegible] et aliorum coniunctorum

e res que valde sunt inamicabiles et opinionibus multorum contraria. Cum tamen felicitas sit [illegible] ea que [illegible] in moribus ex amicicia plurimumque recipiant. Amicicia enim de [illegible] nostra et honestorum et plurimaque desiderantur secundum opiniones eo quod causas et varias invenimus non habent. Cum autem multas et diversas habent differentias ea que accidunt ex fortuna, et cum quedam fortuniorum magis redundent ad mutationem felicitatis, quedam autem minus secundum quod sunt eufortunia vel infortunia, valde erit longum et indeterminatum et infinitum dividere unumquodque fortuniorum secundum singula sua secundum singulorum differentias propter quas contingit infinitis modis esse eufortunia et infortunia. Et sic de eis non posset esse scientia. Sed si universaliter et typo vel figuraliter dicatur de hiis, forsitan utique sufficienter habebit quantum ad presentem intentionem. Si autem sic quod eufortunia et infortunia in tali conditione possunt accipi. In aliqua quidem constitutionem vitae ad [illegible] vel [illegible] modico possit secundum se. Nam mixtas habent differentias que in certam conditionem sed cum eufortuniis excellentie sunt si accipiantur secundum rationem addendi vel minuendi infinitas habent. Infinitis enim modis potest addi et minui in bono et in malo. Si duo accipiantur secundum quod modice possunt ponderare in constitutione hominum acceptum et non tamen [illegible] hominem contrarias habent differentias. Omnis enim fortunis movetur. Sic quod due fortunarum sunt mixte in infinitate et omnimode mixte ad constitutiones infinitas additione vel diminutione omnino ad omnes homines relative de quibus omnibus tractare longum esset. Sed de hiis tractare habet astronomia secundum eam partem que scientia iudiciorum vocatur et a Ptholomeo in duobus libris pertractatur, quorum primus dicitur de magnis mundi accidentibus. Secundus autem Alarba [?] vel quadripartitum vocatur et est de accidentibus que accidunt circa singulos et circulos sue nativitatis. Sed autem universaliter et typo sufficiat de hiis tractare. Tunc dicemus quod sicut in fortuniis amicorum quedam contingunt similiter quod fortune se habent circa ipsum felicem. Quedam enim circa felicem habent aliquod pondus in bono et [illegible] ad vitam et in malo habent pondus quo modice possunt constituere vitam et impedire vitam. Quedam autem fortune leviores videntur quia nec modice possunt vitam constituere vel ad bonum vel ad malum. Ita dicimus quod et se habent fortune que accidunt circa omnes amicos quosque modo coniunctos. Et sic dicimus quod sicut parve fortune accidentes circa felicem non advariantur vel tribulando vel iocundando vel [illegible]. Ita parve fortune amicorum non movent felicem. Sed magne fortune amicorum movent felicem quia in bonis congratulatur ex eis et in malis contribulatur. Hanc autem rationem reddit Laelius [?] quia [illegible] constans propter honorem [illegible] ita molestie fiunt turpia in amicis sicut in seipso. [illegible] ponit Tullius in libro de amicicia. Quia scilicet amicorum

est idem velle et idem nolle et unusquisque amicorum ponderet ex alio sicut et concordant [illegible] scilicet quod quilibet amicorum est alterius plus quam dimidium et quilibet amicorum in amico habet tantum quantum in seipso, sicut dicitur in libro qui intitulatur Vita philosophorum. Cum autem hec [?] dicit quod amicicia [illegible] non afficit sed unum cor in amicis totum transponit. Magis cor amici non est in ipso sed in amico [illegible], ut sit amor aliquid sui ipsius. Propter quod dicit Dionysius [?] quod extaticus [?] est faciens amor non sinens amicos esse sui ipsorum. Propter quod necesse est quod in extasi ad alium fit omnis amicus. Extasis enim est positio sive transpositio cordis in alterum dicitur. Hoc autem est cum quod amor [illegible] transitum est plus omnibus [illegible] transiens et [illegible]. Quia ipsa res ubi continue transit. Cum autem non habeat transire in [illegible] constat quod totus amans transit in amatum et cum extra se transitum fit et magis fit ex amatore transit in amantem. Et non necesse est quod id quod mors unum amicorum moveat et alium dicitur Ovidio in arte amandi. Omnia vincit amor et nos cedamus amori.

C. [illegible] Utrum fortune amicorum aliquid conferant mortuis secundum [illegible] immutationem.

Inquiritur autem hic dubitatio secundum qua fortune amicorum redundant ad vivos et mortuos. Hanc autem dubitationem quodam [illegible] possunt accipere per quandam similitudinem scilicet quod dicamus unumquodque passionum fortunarum. Differre enim [illegible] vel mortuos multo plus quam differunt iniusta [illegible] sunt mala secundum quod perpetrantur in operationibus secundum [illegible] et secundum quod recitantur in tragediis vel comediis. Et hac enim similitudine sillogizandum est utique de dubitatione qua fortune amicorum redundant ad vivos vel mortuos. Facta enim hominum que a comediis in comediis recitantur et in effectu non existunt quamvis perpetrantur in presentia qui recitantur a comediis. [illegible] immutationes afficiunt esse hominem qui fecit ea eo quod presens non est, sed apud presentes audientes comediam excitant laudem et gloriam hominum qui splendor fame magis clarum facit hominem qui facit illa perpetrat. Comedus enim dicitur a comos quod est villa. Et comedi sunt qui in conventibus villarum et theatrorum et [illegible] dictato carmine recitabant probum facta virorum illustrium in gloria omnis honestatis splendencium. Tragedi autem dicuntur a tragos quod est hircus et tragedus quasi [illegible] et theatris et conventibus hominum turpia facta degeneratorum virorum dictato carmine recitabant propter quod secundum aliquem hircum in remunerationem accepit. Comedus autem liberalitate audientium remunerabatur. Turpia autem facta sic recitata turpem qui talia perpetravit non immutant in gaudium vel in tristitiam quia presens non est. Sed [illegible] sue infelicitatis augent et quasi [illegible] infelicitatis sue obscurantur in notitia hominum in felicitatis fiat et omnibus reddatur abhominabilis. Ideo enim politicus ordinavit comedos et trage-

